Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De quatuor Caelii Secundi Curionis filiarum vita atque obitu pio et memorabili epistolae aliquot vnà cum diuersorum Epitaphijs.

https://hdl.handle.net/1874/429763

3

DE

QVATVOR

CAELII SECVNDI CVRIONIS FILIARVM VITA ATQVE

obitu pio et memorabili epistolæ aliquot
vnà cum diuersorum
Epitaphijs.

*

BASILAE
Anno M. D. L X V.

DE

CAELII SECVNDI CVRIONIS

PIORVM VITA ATQVE

obita pie memorabili epistola aliquot
vtq; cum diuersorum
Epitaphijs.

BASILEAE

Anno M. D. L X V.

C. AVGVSTINVS CVRIO NOBILISS. VIRO CLARISS. THEOLOGO ET VIGILANTISSIMO CLAVENNENSIS ECCLESIÆ Antistiti, D. Hieronymo Zanchio fratri charissimo atque obseruantiss. S. P. D.

Ecce tibi charißime atque ornatißime frater Violanthis tua quæ cum tribus ſuis meisq; ſororibus, te poſt tot annos inuiſit: nec verò mihi dubium eſt, quin illas ea pietate et amore qua viuas excipiebas, ſis rediuiuas amplexurus, et quin Violanthis cõiunx tua, eius q; ſorores, tum illius, tum noſtra, tum vel maximè immortalium virtutum quibus præditæ fuerunt gratia, in memoria tua perpetuo viuant. Eam igitur ob cauſam ad te potius quàm ad quemuis alium ego nunc hæc pauca ſcripta mitto, atque in tuo nomine emitto: in quibus etiam nonnulla tua, familiariumq; tuorum, quibus quanta virtute, probitateq; Violanthis ſoror mea, vxor tua eſſet ornata, quanque illam amares palam facere voluiſti, recognoſces. Quare cum pater meus mihi in Italia agenti duabus epiſtolis trium quæ hic mihi reliquæ erant ſororum mearum, acerbum caſum ſignificaßet, eamq; ob cauſam domum veniſſem, ad noſtrum, propinquorum, amicorumq; noſtrorum ſolamen, ne, quod nimis longum laborioſumq; fuiſſet, tot harum rerum manuſcripta exemplaria, quæ his ſingulis hæc videre cupientibus darentur eſſent conficienda,

illas unà cum ijs quæ de Violanthe scripta fuerunt, et cum Epitaphijs quæ à nobis, atque ab alijs quibus illarum fuit non ignota virtus, scripta fuere edendas censui. Et ne qui latini sermonis ignari sunt, hoc solatio carerent, nonnullas epistolas ex latino in Italicum sermonem, et vicissim in amicorum qui latinam quidem linguam intelligentes, nostram Italicam minime tenent gratiam, alias ex Italico in latinum conuerti: illisq; insuper nonnulla, postquam vt charissimos colendissimosq; parentes meos afflictos consolarer domum veni, ab illis, vt fit, ex longis crebrisq; hisce de rebus colloquijs cognita, quæ quidem minime reticenda mihi videbantur inserui. Nam quũ duplex sit hominibus à Deo opt. max. mortis cui ob primi parentis delictum obnoxij omnes facti sumus cum vita cõmutandæ ratio proposita, altera quidem, qua illa iuumortalitate vitaq; beata per Iesum Christum seruatorem donamur: altera verò qua non quidem æternam, sed tamen hac naturali longè diuturniorem in hoc mundo consequimur, quaq; honeste, pie, & ex virtutis præscripto in hominum mẽtibus viuimus (vita enim mortuorum hæc, qua de nunc agimus, in viuorum memoria sita est) meritò omnes ad illam potissimum adipiscendam se comparare debent, è qua hæc altera quoq; vita tam quam illius vmbra quædam exoritur, quemadmodum ait vates, In memoria æterna erit iustus: Pietas enim diuina et Christiana, cum huius præsentis qua nunc tot clarissimos viros nobilesq; fœminas qui multis ante nos seculis viguerũt viuere atq; in honore haberi cernimus vitæ promissionẽ hab et, tum

bet, tum etiam futuræ illius cælestis ac sempiternæ. Ad hãc autem vitam quæ in hominum memoria viget et cõseruatur, plurimum conducit ortus, atque educatio. deinde si quis ijs artibus sit instructus: quibus mortalium vita iuuatur et ornatur, & qui sic instituti educatiq; fuerunt, eis laus apud mortales, bonorũ saltem iudicio, tribui solet. Verùm hoc tãtum bonum nemo se propriis et naturæ seu veteris hominis viribus ex quibus nullus nisi corruptus et veneno infectus fructus manare potest, sed noui hominis gratia et spiritu adipisci posse speret. His enim igniculi quidam cælestes inditi sunt: eaq; aqua irrigati, è qua fontes in vitam æternam salientes scaturiũt & fluunt: idcirco eos flores fructusq; edunt, quorum suauissimo odore saporeq; posteri & afflãtur et nutriuntur. Itaque haud equidem nos eos in quibus talia fuerunt colimus, sed dei munera in illis tanquam in fictilibus vasis collocata celebramus, non modo vt tantas dotes intuentes, summo opifici gratias quas possumus nos habere testemur, uerumetiam vt veluti lumine in mõtis vel turris fastigio collocato, sic illarum virtutum luce orbi terrarum proposita, ceteri eò suum dirigant cursum. qui verò se quoque eis bonis præditos cernunt, ex aliorum celebratione et laudibus, tam amplum præmium: gloriã, videlicet perennem propositam, neque post mortem qui laudes ipsorum virtutesq; celebrent, et posterorum memoriæ commendent, deesse conspicientes, gaudeant atque incitentur. His igitur de caussis cum mihi pater ille omnipotens sorores dederit, plurimis eximijsq; dotibus velut lucẽtibus stel

lis ornatas: optimèque à parentibus institutas atque educatas: quæ cum virgines essent, et virginali more virtutes suas extra domesticos lares, ante tempus nobis ereptæ, ostendere non potuerint, sed quasi lampades in domo clausæ, paternam solummodo domum illustrarint, deinde fatali et præmaturo flatu, repente corpore illo concreto corruptioniq; obnoxio relicto, in propriam ac celestem regionem, ad purissimam illam diuini intuitus escam, qua cælestes ignes sempiterni nutriuntur depascendam, ante quàm paternam domum egressæ alijs domibus prælucere possent euolarint, ego ne virtutes illarum in obscuro velut thesauri in tarram defossi sine fructu delitescerent, et vt illarum memoria apud mortales conseruetur: atque adeo cum æternam illam beatamq; vitam sint adeptæ, hanc quoque qua in hoc mundo diutissimè viuunt, qui virtute insignes fuerunt, consequantur, hæc quasi illarum ingenij et vitæ, scintillas igniculosq; collegi: quæ vt cum illæ familiæ nostræ decori atque ornamento fuerint: nostra etiam opera, quod in nobis est, famam suis dotibus dignam consequantur, et spectatæ vitæ testimonium habeant, ædenda curauimus, tibiq; vt fratri amantissimo: qui harum laudum et promotor, et particeps, et testis extitisti, inscribere voluimus. Oramus igitur te per sanctissimã necessitudinem, quæ duplici iure nobiscum sancita est: et religionis et sanguinis, sic hasce quatuor sorores meas: in quibus tua est Charissima cõiunx, accipias, nõ ut alienus ad quem nihil pertineant, sed ut amantissimus maritus, frater & pater: neq; enim graues

erunt

erunt hospitæ aut molestæ, sed, vt semper, comes, faciles benignæ. Quod ad parentes meos nosq; reliquos fratres attinet, semper tales habebis, quales esse tantis amicitiæ vinculis copulatos decet. Vale cum vxore tua honestissima et filiola dulcissima. Basileæ nostrarum calamitatum anno vertente, die prima Augusti

Salutis humanæ.

M. D. L X V.

*

HIERONYMVS MASSARIVS VICENTINVS,

MEDICVS. CAEL. S. CVRIONI S.D.

I te Cæli chariss. nunc planè aſtorgum effice re, naturaliq́ue affectione ſpoliare poſſem, id facerem perquam libēter: ſed quod à nobis fieri nō poteſt, id ſpiritus tuus verè Chriſtianus et pius, dudunq; ad ea quæ parentes in hac vita plerunq; pati ſolent, variè multumque exercitatus, præſtabit. Te deus multorum voluit liberorum parentem eſſe: nec mihi eſt dubium, eum ut in hoc benignus erga te fuit, ſic etiam in cæleſtibus bonis nequaquam parcū extitiſſe: cuius rei documentum in tua filia Violanthe illuſtre conſpeximus: quæ ſecundum et viceſimum vix annum agens, in tam longa, difficili, et continua agritudine, qua ſexquiannum affecta fuit, nullum unquam impatientiæ ſignum edidit, aut verbum emiſit ullum niſi pium et Chriſtianum: quæ Iobi more, ad noſtrum documentum ſemper Deum laudauit, eiq́ue in omnibus, ſe ab ipſo morbi exordio ad eum vſque diem obſequentem præbuit, quo die explorata, tentata, atque excocta, ad Ieſum Chriſtum quem tanto animi ardore inuocauit, tandem voti ſui compos facta migrauit. Scio, Cæli frater, meam hanc epiſtolam mucronis inſtar, tuum pectus cōfixuram: verùm cum ſanctam illam animā tanta alacritate in cælum euolaſſe: tuumque generum doctorem Zanchium ſummo mœrore confectum, atq; exanimatum, nullo modo ſcribere ad te poſſe viderem, mei muneris pro noſtra neceſitudine eſſe putaui, tibi hoc ipſum meis literis ſignificare. Quam ob rem te per iſtā tuam ſolidam cōſtantemque pietatem etiam atque

etiam

etiam oro, ne ſupra quam Chriſtum hominem decet, dolori habenas laxare velis: quin etiam matris, vxoris tuæ ſantiſſimæ fœminæ, quam ad hoc nuntium exanimatam iri certo ſcio, mœrorem lenire ac mitigare coneris. Vt autem veſtrum angorem, aliqua ex parte leuem atq; mitigem, volo vobis quædam de hac ſancta veſtra filia nunquam obliuioni tradenda, narrare. Decima igitur die Nouembris, multo deterius habere cæpit: ac ſtatim ſuam aduentare horam cognouit: dixitque vtinam iam eò peruenissem, quò me video eſſe peruenturam: cumque Zanchius, de Deo, de vita illa beata, de Chriſto domino: quo eam magis magisque confirmaret, verba faceret, ne dubites mi vir, ſum, inquit, nunc quàm vnquã antea certior, et firmior: quippe Chriſtum Ieſum video, qui me expectat: ibidem quoque meam filiolam inueniam, eamque complexa ſuauiabor: o quantum mihi illic paratum gaudium video: atque hoc deſiderio accenſa, deque his frequenter loquens, peruenit ad diem huius menſis decimum tertium, quo die cum ſe magis ac magis deficere ſentiret, Scipionem Calandrinum Lucenſem iuuenem pium, quem ipſe noſti, orauit, ad vos ipſa dictante epiſtolam ſcriberet: verùm tunc cùm magna difficultate loqueretur, ea ſcriptio dilata paulisper fuit: ſperabatur enim paulo poſt id poſſe facilius: Sed res, vt antè ſolebant, mutatæ non ſunt: tamen hæc pauca, vt potuit, eſt locuta: primum, nos qui aderamus eſt hortata, vt poſt quam abijſſet, lætaremur, quod ad Chriſtum Dominum, ad ſponſum ſuum, atque ad ſuam filiolam eſſet profecta: deinde ad te ſcriberemus, rogauit: oraremusque, vt tu cum ſua matre, fratribus ac ſororibus ſecum de ſua felicitate gauderetis: addiditque ſe vobis quãtas maximas poſſet gratias agere pro omnibus in ſe benefitijs, ac præſertim quòd eam ex Italia

eductam,in eum ſtatum collocaueritis,in quo veræ pietatis ac religionis cognitione imbuta proficeret. Mox ad maritum conuerſa, eum quoque eſt conſolata, cum ei diceret,bono animo eſſet,ipſum quoque in eundem locum felicitatis venturum: ſed nundum horam veniſſe, quod eius opera deus aliquandiu vti in eccleſia vellet: itaque ei fideliter atque ex animo ſeruiret: quod ſi faceret nequaquam ingratum dominum inuenturum. et, o mi vir,inquit, vbi emigrauero, rogo te ab alijs ne meum corpus lauari permittas, ſed id muneris ipſe, ſi quid bene de te merui,obeas,atque decenter inuolutũ in capſam concludas, ſicque ſepeliri cures: nam deinceps Ieſu Chriſto,donec reuiuiſcat in nouiſſimo die,erit commendatum. cum hæc atque huiuſmodi plura dixiſſet,petiuit bibere,quod cum ei eſſet datum,ſum,inquit valde recreata.o Ieſu Chriſte fili Dei immortalis, mi domine & ſponſe, miſerere mei: his dictis volo inquit quieſcere, ſicque ter quaterue leniter ſpirans, atque ad extremum paulo vehementius, exceſſit: tunc eius corpus in lecto vidimus, animam in celum delatam non dubitauimus.O ſanctam,o beatam animam: equidem plus ab hac iuuencula didici,magisque in hac ſancta religione ſum confirmatus,quàm ab omnibus theologis, quos vnquam vel legerim, vel audiuerim. Deum patrem domini noſtri Ieſu chriſti rogo, me tanta ſpiritus exuberantia,et virtute dignum ad nominis ſui gloriam faciat, quanta hanc tuam ſanctiſſimam filiam eſt dignatus. quod ſi quæ et quanta in tam diuturno morbo,& qua pietate, patientia, fide, conſtantia perpeſſa eſt expendemus,eam inter eos quos martyres appellãt, connumerarenõ dubitabimus. Tuus gener, quanquã præ dolore vix ſe ſuſtineret, eam tamen, vt ipſi receperat,laure voluit: quod quidem magis lacrymarum riuis

quàm

quàm communibus aquis eum feciſſe ne dubites. Sic tertia decima Nouenbris, hora nona veſpertina, fato cõ ceſſit. poſtridie veſperi, honorificè eius eſt ductum funus. Zanchius tibi, ſocrui, & liberis veſtris omnibus cum lacrymis ſalutem dicit, veſtrisque precibus ſe commendat. quod & ego facio. vale, Argentorati. XV Nou. M. D. LVI.

Magnifico Meſſer Celio come padre oſſeruandiſſimo di quanto acerbo dolore vi habbia da eſſere la nuoua della morte di madõna Violãte voſtra chariſſima figliuola, dal dolore che ne ſento io facilmente il comprendo: ma molto anchora maggior, per l' edificatione, e contento che n' habbiamo riceuuto tutti noi che ſiamo ſtati preſenti in que ſta ſua vltima malatia, ſperiamo che ſara ancora il contento, e l' allegrezza quando hauerete inteſo, primieramente il gran gouerno che da M. Gieronimo li è ſtato vſato, con quella magior diligenza, che ſia ſtata poſſibile, & dapoi la incredibile fermezza di fede, e coſtanza d' animo, che eſſa ha dimoſtrato, perfino che ſantiſſima mente ſen' è volata nelle braccia del Signore. e parẽdo mi che ſia mio vfficio, ſiando ſtato preſente al tutto d' auiſarui d' ambedue coteſte coſe, cio è del gouerno, e della ſua ſanta diſpoſitione, ſono reſoluto di farlo piu ſemplicemente ch' io poſſo, vſando l' vfficio come d' vn voſtro buono & humil figliuolo. Percio io vi dico primieramente che in quanto al ſuo gouerno (anchora che io ſappia, ſapendo la pietà grande di M. Gieronimo verſo di eſſa madonna Violante, che non ne habia te alcuna dubitatione) ne maggiore, ne piu accurata diligenza ſe gli ſaria potuto vſare. imperoche oltre al

tenergli tre seruenti, delle quali il principale ufficio era di non partirsi mai d'appresso à lei, esso ancora M. Gieronimino, e di notte e di giorno, senza mai riposare, se non a pena quanto che ella vn poco dormiua, li staua sempre presente. Gli medici non hanno voluto, come ne ancho bisognaua, fargli dar medicine per bocca, ma sì bene hanno cercato di farla aiutare con esterne vntioni. L'erano mancate le forze per tutte le membra fuori che della testa, nella quale non ha mai patito ne l'vdito ne il parlare, ne l'vedere, saluo per circa d'vn mezo giorno auanti che spirasse. e quello che è stato grande, mai ha perso l'intelletto, come poco appresso intenderete. Finalmente essa in certo modo si lamentaua del troppo gouerno, dicendo che non era se non vn prolongarla ne i dolori, & affanni del mondo, tanto era con lo spirito congiunta al Signor nostro Iesu Christo. Ma perche saria piu tosto superfluo il voler raguagliare ogni cosa, io vengo a la seconda parte: dico alla santa sua dispositione e costanza, per la quale tanto tutti noi che siamo stati assistenti e quelli che l'hanno visitata ne sonno restati edificati, & ancora per tutta la terra sparsasi: le cose grandi che essa ha detto della gloria del Signor Giesu Christo, muouano ogn'vno che l'intendano, non che quelli che gl'assisteuano à piangere d'allegrezza, e se io volessi scriuere tutte le sentẽze, che quella santa anima ha dette, per il gran numero, sene faria troppo alto volume, pure tutta volta, sapendo quanta allegrezza voi ne habbiate a sentire, massime quando vederete, insieme con la vostra magnifica consorte, Iddio hauerui adoperati in mandar al mondo vn tal santo & angelico spirito, solamente alcune piu principali, e nelle quali fondaua la sua salute io ui narrero. Principalmente quãdo piu era tormentata, senza mostrar malinconia alcuna

nel vol

nel volto, diceua che essa non sentiua alcun dolore, e che se bene il male era crudele nella carne, che con l'animo si trouaua contentissima nel suo dio e Signore Giesu Christo, il quale solo pregaua, adoraua, & dal quale ogni salute aspettaua, poi appresso il chiamaua il suo Sposo, il suo Signore, il suo tutto. Tutti quegli che la veniuano à confortare, si partiuano da lei confortati. Soleua dire che era apparechiata di soportare per Giesu Christo sette volte tanto male, e piu, se piu Iddio nel' hauesse voluto dare. Diceua alle volte di cosi fatte parole: Io non sono piu di questo mondo, Io sono nelle mani del mio Signore Giesu Christo, il quale io vedo, io sento, & esso mi aspetta ben tosto, pregatelo ancora voi per me. A me pare di vedere vna gran luce, nella quale risplende il mio Signor Giesu Christo. Io desidero di peruenir presto à quella luce, e quiui allargar bene il mio cuore, pregatelo per me che mi faccia degna di tanta gratia. Disse ancor, quando io mene saró andata, nissuno mi pianga, ma tutti gioisçano. scriuete al mio charo padre & madre, alli miei dolci fratelli e sorelle, che stiano tutti allegri, e contenti, perche io saro in Paradiso. Quando si parlaua della morte, essa diceua che morte, che cosa è morte? nõ è niente, tutti la douerem mo abbracciare per essere col Signor nostro Giesu Christo. Quando che lo Sleidano era dal male grauatis simo, e che ella l'intese, disse, horsu noi faremo vna bella compagnia, per andar à trouar il Signor Giesu Christo. Hauendogli detto il Signor Gieronimo, che vorria andar cõ esso seco, disse nò nò, nõ è ancora venuta l'hora vostra. Se io stessi piu in questo mondo nõ gioueria à nessuno, ma voi starete anchor qualche tempo, perche auete da giouare alla chiesa: ma v' assicuro, che verrete ancora doue sarò io, perche il Signore ci ha eletti tutti

dñe per figliuoli: questo mondo non è piu fatto per me, ne io per lui, ma il signor Giesu Christo m' aspetta, & io vado volentieri doue lui è. e cosi perseuerando perfino al fine cõ infinite cosi fatte sentenze dalle quali (e parlo candidamẽte) noi restauamo come cõfusi, ha dimostrato che essa era veramente figlia di Dio, e che in vn corpo di femina era sceso vno spirito angelico. A me cõmisse alcune cose le quali scriuero poco appresso. Quãdo ella peruenne all' vltima sera, che bene lei conosceua, doppo che hebbe preso vn poco di brodo, con certo manuschristi, disse quasi queste vltime parole, di quiui ad vn poco, replicandole da tre volte. Misericordia Signor Iddio Giesu Christo, figliol di Dio, Signore e sposo mio cordiale. Erauamo presenti il Signor Dottore, le seruenti, et io. et detto questo si staua cheta: la onde dubitando il Signore Gieronimo del passar suo, disse che tutti pregassimo in spirito il Signor Iddio, che la riceuesse nella sua gloria: e cosi doppo che essa hebbe voltato gl' occhi in verso il cielo, doppo cinque ò sei fiate, senza alcun mouimento o segno, spirò: lasciando la faccia, e la bocca, che pareua quasi che ridesse. Tale è stato il passo, che come ben diceua quell'anima santa, ha fatto dalla morte alla vita. Tutti noi che siamo stati presẽti, ancora che hauessimo in qualche terrore la morte, habbiamo cognosciuto come essa ci persuadeua, che veramẽte non è di alcuna importãza: e preghiamo il Signore che ci doni gratia di fare vna cosi dolce e sãta morte. Noi sappiamo bene che non potria fare che in quanto alla carne non vi doglia, ma aspettiamo ancora, che per la vostra christiana pietà vene habbiate à cõsolare, e che alla fine il contento del voler di Dio, habbia da superare il dispiacere della carne: massime hauẽdoci essa dato vn si manifesto segno della propria salute. Il giorno

auanti

auanti che essa passasse, mi disse, che voleua che io scriuessi vna lettera à voi: ma perche noi non ci pensauamo che douesse cosi tosto andare, io nõ presi altramente à far la sua commessione, non dimeno vi dirò la somma dell'animo suo. essa diceua che à voi chari & honorãdi padre e madre, si racomandaua di cuore, come buona & amoreuol figliuola. appresso vi pregaua ancora caldamente di cuore, che voleste cosi doppo la morte sua come auanti amare il suo marito M. Gieronimo, come vostro buono & amoreuol genero & figlio. impercioche haueua bez conosciuto la fideltà & amore suo grãde verso di lei. Hora per non darui piu fastidio nel leggere, sapendo che sarete ben assai infastidito, farò qui fine, pregando il Signore Iddio per Giesu Christo che non vi manchi di dar forza, per il suo spirito consolatore. D' Argentina il di XVII di Nouembre del M. D. LVI.

Come amoreuole figliuolo vostro
Scipione Calandrini

A M. CELIO SECONDO CVRIONE SOCERO ET PADRE MIO MOLTO HONORANDO.

Caro & honorando messere, & padre, è tempo di fortezza: è tempo di ricorrere à Giesu Christo, & in lui consolarsi: è tempo di alzar li occhi su in alto al cielo, doue senza alcuna dubitatione si gode hora con Christo in quella eterna vita, quella santa e diuina anima, della chariſſima à voi figlia & à me consorte madonna Violanthe: le lagrime & estremo dolore, che è nella carne mia non mi lascia poter scriuerui altro per hora: se non che vi prego & voi & la mia cara madonna, con tutte le sorelline sue, à metter modo al dolore, pianto, & lagrime, che so hauerete per

questa nuoua, se voi potete hauer patientia di legger questa, che qui aperta scriuo à M. Pietro Martire: doue li scriuo tutto il successo, cosa che à voi non haurei mai potuto fare. doppo l'hauer lasciato far il suo corso alla carne, non dubito che sentirete ancho grande consolatione à leggerla: vedendoui essere stato padre di vna si nobile e pia figliuola: in questo anch'io mi cõsolo quanto posso: benche subito mi si accresce poi il dolore vedendomi priuo d'vna si pia, si fedele, si santa, si soaue, si dolce, si amoreuole, si candida, si sincera, si bella, & si cara compagnia: orsu tutto col nome & gloria di Dio. benedetto sia: il proprio del Christiano è poi ancho all'vltimo, doppo che l'amore naturale ha fatto l'offitio suo, conformar di buon cuore la volonta sua con quella di Dio benedetto, & dir con Iob, dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Caro M. Celio siate qui valoroso, & confortate li altri: non è alcuno che si debba piu doler di me, perche essa era la mia cõtinua gioia, vita e conforto: & pure doppo il molto pianto, inalzo il cuore al cielo, & iui contemplo quella santa anima, & con lei mi rallegro, & prego il Signor che presto, quãdo piaccia à lui, me li vogli transferire ancor me: & cosi ne son certo piu che mai che lo fara per sua misericordia come ha fatto anco alla mia figlia prima, & poi alla dolce mia consorte. e qui sento qualche mitigatione del dolor mio: aggiontoui la certa speranza della gloriosa resurretione, alla quale senza dubio, risuscitarà quel castissimo corpo, & habitacolo dello spirito santo: il corpo dico, della mia & vostra carissima Violante, hor non piu per hora. Vi piacera poi letta la lettera mandarla à M. Pietro Martire: di me il mio M. Celio persuadeteui, che vi sarò sempre, & piu di qua auanti

che mai

che mai, amoreuole genero & figliuolo: & à tutto il sangue vostro sempre affetionato: perche la dolce compagnia che ho hauuto dalla santa Violante, à cio far mi costringe. il signore consoli & voi, & madonna, & le mie cognate carissime. D' Argentina alli 17 di Nouembre. nel. M. D. L V I.

Vostro genero & figliolo
Hieronimo Zancho.

HIERONYMVS ZANCHVS PETRO MARTYRI VERMILIO S. D.

Quod de mea vxoris que meæ valetudine te solicitum admodum esse scribis, in eo amorem solitum erga nos tuum, mihi longe gratissimum, recognosco. quod ad me attinet, illud dicere possum quod est apud poetam, Viuo equidem, vitaque extrema per omnia duco: mea verò Violanthilla incomparabilis atque amantissima coniunx à me discessit vnaque me secum abstulit in cælum: ibi enim eam esse cum Christo certo scio: idcirco, meas omnes cogitationes, studia, desideria illuc cõuertam ac dirigã necesse est. Discessit illa quidem ex corporis ergastulo, sed ita vt non modo domesticis, atque ijs qui eam inuiserent, verum etiam toti ciuitati, sanctissimam sui memoriam, documentaq; præclara suæ insignis fidei, pietatis, spei, charitatis, patiẽtiæ, modestiæ, pudicitiæ, cõtinẽtiæ, virtutum denique omnium, quæ christianam fæminam decent, reliquerit. Si quis igitur vnquam viua in deum & christum fide, si vitæ sanctimonia, si animi candore, si puritate atque innocentia, si misericordia in pauperes, si charitate in omnes, si patiẽtia in malis, in aduersis constantia, si in prosperis modestia, siqua alia virtute, ac bene factis, in cælum, in illam beatam atque perpe-

tuam est recepta, hæc vna est, nequaquã inter infimas reponenda. quę per hosce dies omnes quibus ægrotauit, de cęlesti gloria, de vita illa beata ac sępiterna, de mũdi vanitate, de fidei perseuerãtia & verbi dei firmitate, deq; alijs id genus multis dixit, præ doloris magnitudine scribere nũc nullo modo possẽ. cũ enim me tã sancta, cara, fideli sincera, dulci, amabili, cãdida cõiuge priuatum video, mihi cor liquescit, stupet animus, riget lingua, membra torpescunt: quod quidẽ eã ob caussã accidisse reor, quòd homo mortalis tam diuina cõiunge dignus nõ essem. Ea erat meæ domus gloria & lux, curarum portus, solamenq; malorũ. quid igitur mirum, si ubi ea est, ego quoq; esse cupio? Nam quoties oculos in celũ tollo, eã videre in illa cælesti gloria ac lætitia videor, cum suo tantopere amato atq; inuocato Iesu Christo. Cum dicerem, me hinc cũ ea discedere cupere, nõ inquit illa, hoc mei solius nunc est, quæ nihil iam in hac vita prodesse possum, sed cõtrà potius, ominibus grauis sum ac molesta: tibi verò mi vir, in hac vita aliquãdiu manendũ est, vt Christi ecclesiam iuues: deinde tuo tempore, vbi ego ero, ne dubita, eó quoq; venies, voloq; te vbi illuc venero, parẽtesq; ac reliquos meos, Christo Iesu cõmendare. tãta erat huius sanctæ animæ fiducia, ac de Christi bonitate persuasio: atq; hæc vultu hilari, constanti, atq; intrepido dicebat. nemo ad eam cõsolandũ venit, quin ab ea lætior firmiorque discesserit. nunquam mortis metũ, vel minimo inditio præsetulit, adeo vt nullus sit qui non tantùm in adolescentula securitatem, tantamq; constantiam admiraretur. Paulo ante quàm discederet (nunquam enim memoriæ ac mentis vim, nunquam linguæ, ac sensuum vsum in morbo amisit) vbi hinc abiero, nemo me lugeat inqui, sed poius lætemini omnes quia ego ero in paradiso cum meo sponso Iesu Christo;

id que

idque patri meo matrique ac reliquis meis scribite. & quoniam respirandi dificultate laborabat, dicebat, o quantopere meum cor dilatabitur, vbi in cælum venero: ridebo quoq; suauiter, quemadmodū illic rideri solet: spiritu enim iam futuram lætitiam præcipiebat. quoties non modo mihi, sed & alijs qui ei aderant, se Iesum Christum vidisse à quo expectaretur & inuitaretur affirmauit? addebatque eum in se esse, seque eum manifestè sentire. quoties eam hortabar vt in Christi fide constanter perseueraret: salutem perseuerantibus a domino esse promissam, respondebat se tanto amoris vinculo cum domino esse copulatam, vt perire nullo modo posset: cumque ecquid valeret, vt fit, interrogaretur, optime inquit: nam omnis doloris sensus est in carne, non in me. illud præterea tibi reticere non possum, quòd cum abortiuisset, illico eum affirmauit vltimum esse partum suum: cumque ego ei dicerem, ne sic animum abijceret, alterum partum fuisse longe grauiorem: & tamen deum illi affuisse, eamque conseruasse, qui & in eo casu ipsi esset affuturus. hîc illa nō ita erit, mi domine, inquit, quid dicam scio. Deum mihi posse opitulari minime ambigo, opitulabiturque, sed alia ratione nō hac quam tu mi vir existimas. Certò scio hūc postremum, meque ex hoc in paradisum ituram: nec ob hanc rem tristior sum, sed lętior: videbis autem sic fore, quēamodum ego dico: hocque animo semper deinceps fuit: sępenumero illud dicebat, hunc mundum iam nihil ad se pertinere: se non esse in hoc à deo factam, vt diutius in hoc mundo moram traheret, se in alio longe meliore ac pulchriore à Iesu Christo expectari, quem vidisset & in se sentiret. nec illud silentio præteribo. Sleidanus satis grauiter ægrotabat, qui cum mihi familiaritate vt scis esset coniunctus, vellemq; aliquando eum

inuiſere, mea Violanthis, hoc videns, quæ tamen tunc non vſque adeo male habebat, dic, inquit Sleidano vt forti ſit animo, eatque lubens, & gaudens: me breui ſecuturam. quòd ſi Doctor Martyr & ipſe venire cupiat, rectè illum facturum: ſic haud ignaua erimus turba. tu verò mi chariſſ. coniunx, non hoc tempore ſed alio mecum & cum noſtra filiola eris. Centeſimam vix partē eorum quæ piè, religioſè, magnoque ſpiritu quotidie differebat, ſcribo. Quæ de cœleſti luce, de vita æterna, de regno dei, quo proficiſcebatur: de Ieſu Chriſto quē videbat pridie quàm diſcederet, magnifice omnibus ad ſe veniētibus, (veniebant autem multi viri ac mulieres) prędicabat, in ſtuporem omnes conijciebāt: fuitque eo die quàm vnquā antea lætior: omnes ad eam vitā hortabatur, quæ Chriſtianæ profeſſioni reſpōderet: ne ſpem in rebus caducis ponerēt, ſed æterna ſpectarēt, ac ſuperna vbi Chriſtus eſt: in quo vno ſpes omnes eſſent collocādæ: & id genus multa. Sic eum diem & ſequentem in huiuſmodi ſermonibus quoad potuit, egit ad noctem vſque in qua circiter horam nonam, cum ſe deficere ſentiret, mihi atque alijs qui aderant, vale dixit, terque hæc verba protulit, miſereat te mei o fili dei, domine & ſponſe mi amabiliſſime. Tunc oīes proſtrati orauimus mox ego quomodo haberet interroganti: nihil iam reſpondit, ſed me qui illam fulciebam oſculans in altum inquit, ſurſum ſurſum: atque ita oculis in altum ſublatis quinquies reſpirans expirauit, nihilo triſtior in vultu facta quàm eſſet viua, ſed ridenti ſimilis. Hic finis meæ Violanthis fuit: quæ & verbis & factis dei ſe filiam eſſe teſtata eſt: id quod tum in eius vultu tum in moribus ſatis elucebat. o ſanctam, & beatam animam: me vero miſerum, qui tam ſancta, tam fideli, tam candida, tam benigna coniuge & ſocia ſum viduatus. Poſſum in dei & homi

hominum conſpectu teſtari, me nunquam in hac iuuen cula ne minimum quidem vitium deprehendiſſe: ſed ſemper candidam, ſinceram, fidelem, miſericordem, ſobriam, modeſtam, pudicam, atque ab omni ſpecie ma li abhorrentem, inueniſſe. quanta eſſet in re domeſtica adminiſtranda prudentia, ac diligentia, ipſe quoque vi diſti. nihil quod honeſtam, atque induſtriam matrem familiâs ſcire opporteret, ignorauit. O beatos quos deus tam excellentis filiæ parentes eſſe voluit: & me quoque beatum qui talem coniugem, tam deo charam habuerim. Petiuerat à me vt ne ſuum corpus ab alio quàm à me tractari lauariq́ue permitterem, darem ſibi hoc eſtremum mutui amoris officium: quod ego tamet ſi dolore penè exanimatus, tamen perfeci: inuoluiq́ue eius integerrimum corpus candidiſſimo linteo: poſt in capſam ſiue feretrum nouum diligenter incluſum, die ſequenti, qui fuit dies XIII Nou. hora tertia veſpertina multis comitantibus elatum eſt, eoq́ue loco repoſitum, vbi & Sleidanus, & Moreſinus, & Ponetus, homines magni, & pietate clariſſimi poſiti ſunt: vbi in ſpem beatæ reſſurrectionis conquieſcit. Hæc ſunt quæ ad te doctor venerãde & frater in domino chariſſ. vt de mea Violanthilla ſcriberem, meus inteſtinus dolor, dei ope permiſit. oro, vt tuis ad deum precibus me iuues, vt hãc tantam, tam grauem & meis viribus imparem iacturam, vt meam perſonam decet, feram. Idem vt pro parentibus eius, & fratribus ac ſororibus facias, te etiam atque etiam magnopere rogo: nam ſcio illos hoc vulnus intra præcordia ipſa altiſſi mè admiſſuros. Vale Argentorato die XVII Nou. M. D. LVI

*

D. O. M. S.

VIOLANTHI CVRIONIAE C. S. C. ITALI F. CONIVGI SANCTISS. ET CARISS. OB SINGVLAREM PROBITATEM, INDVSTRIAM, CANDOREM, FIDEM, AMOREM, ADMIRABILEM IN LONGISS. ET GRAVISS. MORBO CONSTANTIAM, PATIENTIAM PIETATEM INCOMPARABILI: HIERONYMVS ZANCHIVS ITALVS OPTVME MERENTI MOESTISS. F.

TERTIO PVERPERIO EOQVE INFAVSTO AD CHRISTVM IESVM QVEM SINCERA COLVIT RELIGIONE CVPIDISS. CONCESSIT: CVM QVO VIVIT BEATA ILLVM EXPECTANS DIEM QVO SVO CORPORI REDDITA, INTEGRA IMMORTALITATE FRVETVR.

AN. SAL. M. D. LVI. XIII NOV.

AET. SVAE AN. XXII.

Non cineres, non ossa putes hoc condita busto
Sed viola, flores, grato & odore rosas.
Nam quæ in vernanti requiescit molliter herba,
Chara viro coniunx, hæc Violanthis erat.
Cuius in ætheriis lætatur spiritus oris,
Donec summa dies corpora viuæ dabit.
Sume igitur viuo de cespite, sume viator
Pallentes violas, grato & odore rosas.

C. S. C.

C. S. C. AGVSTINO CVRIONI
F. CARISS. S.D.

Quarto idus Maij tuas literas acceperamus, quibus nobis tui aduentus ſpem feceras: his matre ſororibusque tuis audientibus non ſemel lectis, præ lætitia vix nos capere potе ramus: qui poſt tot annos, te recepturi videremur: prę-ſertim vero, quòd tecum nobiliſſimum iſtum iuuenem venturũ affirmares: nam etſi peſtilẽtia ciuitas laborabat, ſperabatur tamen breui deſitura, cum iam menſes aliquot nõ exiguam ſtragem edidiſſet: neque nos propter calorem, tuum aduentum ante ſeptembrem expectabamus. Sed hei me miſerum, iam te expectare Angela non potuit, neque ea lætitia quam ex tuo aduentu perceptura erat, frui. Deo aliter viſum. Nam nihil remittẽte ſed potius vires intendente peſtilentia, penultima die iulij, cum pridie nihil mali ſenſiſſet, poſt mediam noctẽ tentari cæpit, nihil tamen conqueſta eſt, neque ullum nobis dedit ægrotantis ſignum: quod ſi feciſſet, nos qui in eodem fere cubiculo eramus, latere minime potuiſſet. quod quidem eam feciſſe, vt erat erga nos affecta & cordata, nõ dubitamus, & ſi nõ paruum dolorem ſentiret, ne nobis aliquid exhiberet moleſtiæ, ſperans fortaſſis non eſſe periculoſum morbum, ſed capitis dolorem quo interdum tentari conſueuerat. Itaque vbi lucere cæpit ſurexit tamen, vt quæ erant curanda curaret (nam in eam omnem rei domeſticæ curam coniecerat mater) vtque ſe, qui mos eſt puellarum, comeret, poſt in concionem ſacram cum ſororibus de more itura (erat enim dies domini memoriæ conſecratus, ac proinde dominicus apellatus) verùm ſuſtinere ſe diu non potuit: quare ſororibus Cæliæ ac Felici quæ curanda erãt mandatis,

in cubiculū redijt,ſeque in lectulo ſuo compoſuit.Ego autem&mater tua nondum cubitu ſurrexeramus,vt pote huius rei ignari: ſed ecce tibi Cælia quæ eam in lectum deduxerat,ingreſſa cubiculū noſtrum, Angelam grauiter ægrotare voce lugubri nobis nuntiat: quæ vox nos tanquam fulmine tactos conſternauit: è lecto nos protinus eijcimus,puellā adimus, tractamus, quid ſentiat ſcitamur:illa caput diffringi,brachium ſiniſtrum vehementer dolere ait:ſed ſe ſperare nihil eſſe periculi, hortari bono animo ſimus. Ego etſi morbi vim certis indicijs cernerem,dixi me quoque idem ſperare: velle tamen adhibere remedia, quo quicunque ſit morbus citius deo iuuante curetur.Ac ſtatim eadem hora alexipharmacum exhibemus: quod quidem illa vix continuit:nam partem illico eiecit. nihilque deinceps toto triduo intermiſſum eſt.non labori,non vigilijs parſum, nō ſumptibus nō remedijs, quibus aut intra ſumptis, aut foris applicatis, venenum à corde dimoueri poſſe videretur: victus ſumma & exquiſita ratio, quamquàm ſtomacho prorſus deiecto, alimenti parum admodum ſumeret:at ſitis erat tanta,vt nulla ratione ſedari nedum extingui poſſet:adeo tamen miti ac facili ingenio erat, vt,quo nobis ſatifaceret,ſtatis horis aliquid admitteret, etſi caput è puluino tollere vix poſſet. Sed morbi grauitas omnia remedia,omnem irritum fecit conatum. Iam vētum erat ad tertiam diem, quæ prima fuit Auguſti,cū ſub veſperam, ex tremore manuum &vocis,citiſſimaq; cordis palpitatione, deprehendimus naturam morbo ſuccumbere,viresque paulatim deficere:id quod&ipſa ſiue id,vt erat in omnibus oculata, ex noſtro vultu colligeret,ſiue,vt credo,in ſe ipſa ſentiret, cognouit.Nam cum ad eam vſque horam ſpem conualeſcendi haud prorſus abieciſſe videretur,tunc dixit: ſatis video meas

res in

res in anguſtum eſſe contractas, dominumque me ad ſe vocare: ſed tamen nihil eſt, quod vel ipſa timeam, vel vos ſitis animo triſtiore: quandoquidem ſiue viuimus ſiue morimur, Domini Ieſu Chriſti ſumus, qui magno nos precio redemit, nimirum ſuo ipſius ſanguine & morte: eum igitur precemur ne nos deſerat, ſed adſit & tueatur. His ego verbis auditis, rectè inquam mea filia: atque ita nos circa eius lectulum proſtrati, clara voce orauimus, ſubiecimusque, deum clementer nobiſcum acturum, idcirco ne ſanitatis ſpem vllo modo abijceret, nos quidem adhuc bene ſperare. atque ita pauliſper quieuit: nam interdum ita ſomno premebatur, quod peſtilentia laborantibus plerumque ſolet accidere, vt ab eo nullo modo poſſet arceri: ego interea me in alium proximum receperam locum, vt pauliſper quieſcerem: nam partim calore, partim vigilia & curis, erã penè confectus: paulo autem poſt experrecta cum videret matrem tam aſſiduam ei adeſſe vt neque cibum neque ſomnum caperet, (& ſi ei ſemper aderat mulier ad hoc conducta) o mea mater, inquit, quantum mea cauſa, & laboraſti ſemper, & nunc maxime laboras & afflictaris: quando tibi hæc talia & tanta rependam? (quibus verbis mecum etiam pridie egerat, atque alijs pietatis & amoris plenis) vt autem poſſis tamen pauliſper quieſcere, quando mihi ſemper adeſſe decreuiſti, age duc me in tuum lectum, ſiquidem meus hic lectulus ambas capere nequit: ſic enim fiet vt ſecurius quieſcas, cum apud te me eſſe ſenſeris, quod & factum eſt. ibi cum aliquandiu iacuiſſet, & quamminimum fieri poterat ſe commouiſſet, ne matri eſſet moleſta, pòſt tamen vi morbi victa, qui nullum iam ei quietis ſpacium concedebat, dixit, ſe cupere in ſuum lectulum redire: illud addens, mea mater, feramus huiuſce noctis moleſtiam:

nocte proxima quiescemus, intelligens nimirum, ex his molestijs se in quietem sempiternam abituram, nec sequenti nocte vlli molestam futuram. In suum lectulum reducta est circa mediam noctem, meque vocari fecit, quod diceret cupere me quoque sibi adesse. veni, exhibuique ipsi quædam valde ad hunc morbum vt videtur atque ad vires recreandas accommodata: quibus sumptis dormitauit æstuans vt solebat: subinde tamen experrecta interrogans, an nondum luceret: id enim summopere expetebat. Vbi diluxit fenestras aperiri iussit, & sum, inquit, læta, quod quam tantopere expetiui lucē video. mox dum sic colloquendo, illa morbi sui cruciatibus, nos eius causa angoribus confecti, pergimus, brachia extra lodicē profert eaque diligētius aspicit: quod dum facit, cernit in cute maculas nigricantes, & satis latas: petechias vulgus apellat, Græci exanthemata, Latinos puto papulas apellare: is erat naturæ extremus conatus, instantis mortis indicium. His igitur inspectis, cum mater ei diceret esse pulicum fortassis morsus, atq; vestigia, illa non sunt, inquit, mea mater, sed mei exitus prænuntia: ac sublatis manibus, gratias, inquit, ago deo meo, quod mei me voti compotem fecerit. Nam cum ipsamet meam imbecilitatem agnoscerem, semper Deum oraui, ne vnquam permitteret, vti ego vestram, dulcissimi parentes, viderem mortem: sed priusquam id accideret, me ex hac tolleret vita: id quod video illū facturū: idcirco læta sum: haud equidem quòd qui meus erga vos amor, non libenter vel cum meo perpetuo si ita res tulisset, incommodo, vobiscum essem, sed ea est mei animi mollicies, vt nunquam vestrum ex hac vita exitum incolumis videre potuissem: neque superesse voluissem. Nam quid nos miseræ hic solæ sine vobis fuissemus? fratres longe absunt, qui quādo sint redituri igno

turi ignoramus : vbi tales parentes inuenire vnquam potuiſſemus? cum autem nos ad hæc verba dolore diſrumperemur, & riui lacrimarum manarent ex oculis: illa, rogo vos, inquit, per eum amorem quem ſemper in vobis erga me ſenſi, ne ob meum diſceſſum doleatis: nam ſi ploratis mihi iniuriam facitis, cum ad dominum meum, ad Ieſum Chriſtum, ad ea fruenda bona, de quibus tam ſæpe nobiſcum egiſtis, & cum eo triumphatura, proficiſcar. Hic nos, oremus igitur filia chariſſiua, vt deus & tibi & nobis ſimul fidem & conſtantiam augeat. Vix hoc dixeramus, cum cępit ipſa clara voce magnoq; feruore, quamquam tremula, vtpote viribus ſubinde decreſcentibus, orare ea formula quam dominus ipſe præſcripſit: nos etiam quæ affectus, & temporis neceſſitas exprimebat, adiecimus: illa verò fidei & religionis puriſſimam cõfeſſionem fecit, quemadmodum in Apoſtolorum ſymbolo continetur. Cumque ibi adeſſent piæ admodum mulieres quædam honeſtiſſimæque puellæ, quę ſuam tantùm Germanicam linguam noſſent: atque illæ cum ea agerent, quod nos, cũ illis Germanice quoque loquebatur, dei opem implorabat, ſuæ fidei teſtimonium reddebat: cum illis ſic agebat, vt puellæ cõſtantiã, pietatemque omnes vnicè admirarẽtur. His peractis ad nos demiſſo vt poterat geſtu conuerſa, oro, inquit vos, dulciſſimi parentes, ſi quid vnquam vos offendi mihi ignoſcatis, atque meæ ætati & imprudentiæ potius quàm contumacię & malitiæ attribuatis. Hic nos cum lacrimis eam complexi, exoſculatique tenerrime diximus, ſic te dominus Ieſus ſua miſericordia complectatur filia chariſſima, teque ad oſculum ſuæ admittat gratiæ, vt ſemper propter tuam obedientiam & mores probatiſſimos, nobis fuiſti chariſſima. illa verò loqui nõ ceſſans, valete inquit, ò parentes, ò ſorrores meæ longe

chariſſimæ,vosq; quotquot mihi veſtra pietate adeſtis: Vos autem parentes oro,vt meos fratres chariſſimos Horatium,Leonem & Auguſtinum meo nomine ſalutetis:quos equidem libenter ſemel adhuc,vt iam ſperabã vidiſſem,ſi domino fuiſſet viſum:eisque dicite, habuiſſe ipſos ſororem,cuius nunquam eos pudere potuiſſet. &ſi ad Dorotheam ſororem meam ſcripſeritis, eam cũ marito ſuo quoque ſaluere iubete plurimum, quam vt nunquam vidi,ſic ſemper videre maxime optaui, ſed hoc fiet in illa vera piorum patria. Omnibus præterea ſuis æqualibus puellis & alijs vale eius nomine diceremus rogauit: mox quo cultu & vbi condi vellet,indicauit: nimirum honeſto & virginali, atque in templo totius vrbis religioſiſſimo, vbi ipſa cum ſororibus audire conciones ſacras conſueuerat: quæ nos facturos cõfirmauimus,eoque honore qui maximus à nobis exhiberi poſſet,quique tam Chriſtianam puellam deceret affecturos.Hæc & ſi leuia videri cuipiam poſſint,tamen talia ſunt,vt in eis puellæ ingenium honorisque ſtudiũ, quod in eo ſexu & ætate commendari ſolet,& quod maximum eſt, ſui corporis olim excitandi ſpes, vt ipſa quoque dicebat, eluceret. reliquum temporis, quod concedebantur à Deo vſque ad exitum ſpiritus,in precibus,& horationibus inſumptum eſt:dum illa non ceſſat ſpiritum ſuum deo patri & Chriſto commendare, & nos eam vt animo ſit inuicto in Chriſti fide & ſpe,& rerum cæleſtium deſiderio, inque beatæ immortalitatis &reſurectionis ſpe, vbi nos omnes ſimul affuturos ſperaret,hortamur. O quoties illam vocem ſummo animi affectu protulit,O Ieſu Chriſte fili Dei ſponſe mi immortalis,ſuſcipe hanc ad te anhelantem animam. Tum ego qui eam magis & magis ad omnia cupiebam eſſe comparatam, ſis animo forti, inquam, mea Angela, neque

quicquã

quicquam timeas, aderit oportune dominus Ieſus cui es vita ſua charior, cum Angelis ſuis, qui te illico ſuſcipiēt, atque in beatorum ſedes deducent, vbi fratres ac ſorores aliquot tuas inuenies: vbi Suſannam Riſſachiam tuam, puellam non minus morum honeſtate probatam, quā generis nobilitate claram cernere licebit: vbi deni que virginum lectiſſimarū, ex hac ciuitate quæ te anteceſſerunt, frequentiſſimum chorum recognoſces. illa, quid timeam, mi pater, inquit, quę certò ſciam mihi deū eſſe propitium, & Chriſtum quem affuturum dicis, is iam hîc mecum eſt, meque expectat, atque illo ſuo iucū do ac diuino vultu inuitat. Ego verò ex hoc tetro carcere exire aueo: atque ad eam lucem in qua eum video proficiſci. Interea mater & ſi dolore penè enecta, tamē vt eſt ſingulari pietate ac virtute, auſa eſt eam rogare, an multum ſentiret in agone doloris? cui illa reſpondit, nullum iam ſe dolorem ſentire, præter anhelitus & reſpirandi difficultatem, qualis eſſe ſolet multu curſu, aut montis aſcenſu fatigatis: verùm ſperare ſe cito ſpiritū dilatatum iri: ſi quidem mors aliud eſt nihil quàm breue ſuſpirium. Hæc autem omnia ea vultus hilaritate pronuntiabat, vt noſtrū mœrorem plurimum leuaret, & in ſummam admirationem quotquot aderant, conijceret. Nos interea aliquid ſubinde eius ori admouebamus, atque naribus ad vires ſuſtentandas ſpiritusque quoad fieri poſſet recreandos, quemadmodum etiam toto triduo feceramus. Dum ita pergimus illa petit linei panni vſu detriti plagulam: quam vbi allata eſt, illico nixa puluinis, cępit in faſciolas, ſiue vittas quaſdā, recto filo, quam longa erat tela, lacerare: cum autem binas iam laceraſſet, & vellet tertiam addere, miratus in quem vſum hoc faceret, quid, inquam, mea Angela facis? pro iſta imbecillitate nimium tuas delaſſas manus: prohibe

req; cum vellem, illa me fœuero aſpectans vultu, voceq; ſolito clariore, ſine me pater, inquit, facere: ſic enim fieri neceſſe eſt, tresque ſint oportet. & hæc dicens tertiam lecerauit, mox tria illarum capita, ingenioſiſſimo nodo, in roſę modum copulauit, ſicque ſupra ſuum pectus poſuit: quæ res quid portendat, etiam ſi mihi aliquid veniat in mentem, tamen non libet ominari. Hoc facto cæpit difficilius, appronpinquante nimirum ſpiritus exitu, reſpirare. Itaque ipſa ſe ad extremum peruenisſe ſentiens, O Ieſu, inquit, me tibi commendo: O mi domine Ieſu, amplectere me: illico mater eam cõplexa, ſuſtinuit, dicens, ne dubita filia, is iam te amplexus eſt: ac iam iam cum eo eris in paradiſo. ego verò & reliqui circa lectulum deum precari, dignaretur ſua clementia puellæ adeſſe in hac lucta, eamq; cito liberare. quod dum facimus: illa ſtatim ſublatis oculis, manuque dextra in altum quaſi ſana eſſet porrecta, o Ieſu, inquit trahe: mox bis terue ſingultiens, corpore nobis relicto, in cælum per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti candidæ columbæ inſtar euolauit, die ſecunda Auguſti hora nona matutina. ego ſtatim eius oculos clauſi, brachiũq; quod etiam tum erectum ſtabat, reduxi: & ò mea Angela, ò mea filia, quanto erat equius, vt tu meos quàm ego tuos oculos occluderem: ſed quando ita viſum eſt domino, ſit ſanè, quemadmodũ par eſt, ei honos & gloria in ſempiternum. Mortuæ nihil de forma deſceſſit preter colorem, eadem in vultu hilaritas quæ fuerat viuæ. Hic nos aliquandiu attoniti atque exanimati ſine voce, ſine lacrimis ſtetimus: parumq; abfuit quin mater cum ea extingueretur: nihilominus voce recepta, & lacrimarum fontibus reſeratis, in eius faciem incubuit: eamque identidem oſculans, dicebat, O mea ſancta anima, O mea vita, O vere cæleſtis Angela, O filia mea dulciſ-

ſima

verò reliquæ duæ & amabant, & ſuſpiciebant: itaque ea defuncta, ſe ſine ipſa poſſe viuere negabant: neq; vllam prorſus cõſolationem admittebant. Quo autem animo, qua in deum fide, qua ſpe ac pietate fuerint, ſi forte quęras: qua fuiſſe exiſtimas, niſi quali earum & educatio & vita fuit? Nam vt de Cælia primùm dicam, ſic illa morbi grauitate interdũ opprimebatur, vt per horas aliquot atque adeo integrum penè diem nihil loqui poſſet: poſt ſibi aliquo modo reſtitutã interrogabamus, quid tũ cogitaret, ageretùe dum ſic conſopita iaceret: cũ domino Ieſu inquit ago, neq; enim is vnquã è meo pectore diſcedit: hunc oro: meque, vosque ipſi cõmendo: Venerat ad eam Simon Sulcerus huius eccleſię paſtor, ac doctor vir ſingulari prędituſ pietate, vt pro more eã cõfirmaret in Chriſti domini fiducia, nosq; cõſolaretur. illum adeò attentè audiuit, ita appoſitè de ſua fide & religione reſpõdit, vnaq; precata eſt, vt is nõ ſine admiratione ob puellę pietatem & cõſtantiã, ab ea diſcederet. famulasque ipſi aſſiduè adeũãt interrogauit. ecquid Felix valeret: reſponderunt, illam iam cõualeſcere, quæ tamen erat mortua. illa verò gaudeo inquit, ſumopere: nã nulla alia de cauſa ęgre ex hac vita diſcedebam, quàm quòd meam matrẽ chariſſimam ſolam relinquere moleſtiſſimũ erat: nunc ſi ſororem meam ſaltem habuerit, quæ ipſi patrique ſolatio eſſe poſſit, eisque inſeruire, libentius hinc diſcedã. quibus ex vrbis cum amor eius erga nos cognoſci potuit, tum promptus atque alacer ad abeundum animus. Pridie quàm excederet, vbi diu anhelans nullum verbum emiſiſſet, tandem quaſi expergefacta, vbi es inquit mi pater, tuque mea mater: aderamus autem taciti, ad ſumus inquam mea filia: quid à nobis optas? nihil niſi quod vos libenter audio & video: ſimul igitu rdulciſſimi parentes precemur, inquit, vt deus nos ſeruet à malo:

quot sunt honestæ Italorum familiæ, quarum pia humanitate deo bene iuuante, non parum nostrum mœrorem leuatum iri speramus. Basileæ enim (cum hanc linguam non intelligat) neminem præter me habebat, quicum suos posset conferre sermones. Interea vel tu fili, vel aliquis vestrum veniet nobisque aderit: quare nihil ad leuandum mœrorem hunc nostrum aptius & efficacius potest contingere. id quod eo citius à vobis faciendum erit, quod quid nobis futurum sit ignoramus: qui certè nullo momento vt charissimis filiabus adessemus, vitæ, nostræ pepercimus. Sed deus nouit, quos nolit, quos itē velit relinquere. nobis quidē longe optatius esset, ex his miserijs liberari, & filias si sic deo visum fuisset, vosq; omnes incolumes reliquere: id quod etiā à deo assiduis votis flagitauimus: verum cū sit summa sapiētia, ei præscribere nemini mortalium fas est, sed quod agit probandum, nihilq; melius fieri posse existimandum. An sit tam triste nuntium Dorotheæ nunc significandum nescio: tu qui in istis vicinis agis locis id apud te expendes: & si videbitur, ad eam scribes: equidem pluraiam nō possum. Lapidē ego ad monumentū incidi mandaui. in cuius quatuor angulis quatuor insignia, nostra, vxoris, & matris meæ, matris item vxoris insculperentur: in parte autē superiore inter vtraque nostra insignia, tria fierent serta decenter inter se implicata ex rostro integræ columbę pendentia: ad pedes inter bina reliqua insignia, tres lampades accensæ: in lapidis autem medio epitaphium quale ad te mitto, scalperetur: quæ emblemata quid significent facilè intelliges. Mitto etiam epitaphium quod Angelæ antè confeceram, quàm reliquæ duæ in morbum incidissent. verùm tribus absumptis, vno saxo, vnoque monumento vt illæ inter se sanguine, amore, fide, mortis genere con-

coniunctę fuerant omnes comprehendi. Deus te nobis
seruet mi Augustine. Tiguri. VI. Cal. Sept.
M. D. LXIIII

La medesima lettera fatta volgare

O figliuolo mio, di quāto dolore, di quanta me
stitia e calamità siamo oppressi. quanto a noi
dui poueretti, cio è à me & alla madre vostra
sarebbe di bisogno della presenza vostra e de vostri fra
telli: acioche per essa vna qualche parte almeno di que
sti nostri troppo graui affanni fosse alleggierita. Io so
che ui viene in cuore la cagione de nostri guai: pure io
quanto permettrà il dolore, vi scriuerò cio che doppo
che ui scrissi è nella casa nostra accaduto. Ma primiera-
mente io prego Dio che confermi si l'animo vostro, ac-
cio senza pericolo della vostra salute, intendiate vna co
tanto dolorosa nuoua. Io so certamente che voi non si-
ete di quelli i quali ripongano la speranza de suoi beni
nella morte de suoi parenti: la qual cosa è molto barba-
ra e crudele, & alieniſſima dalla humanità, pietà, e co-
stume del nostro sangue. Egli è veriſſimo quel detto an
tiquo: doue sono le persone, iui sono le ricchezze: &
cioche il sauio dice: Nella moltitudine delle persone di
mora l'allegrezza e nella solitudine la tristezza. Ma O hi
me d'onde cominciarò a scriuere? da cio che al signore
nostro è paruto santo e buono: il che simil mēte a noi, se
pur vogliamo esser quei che faciamo professione, debbe
parere. Ne percio in tante, si fresche, e si profonde pia-
ghe ci è vietato il dolerci, & mostrare il nostro dolore.
O figliuol mio, poscia che le altre due sorelle Celia e
Felice si viddero della compagnia dell'angela la quale
cotanto amauano, essere priuate, nō potero gia longa-

mente viuere. Erasi partita di questa vita l'Angela, come all'hora subito vi significai, il secõdo del mese d'Agosto: quando noi, come etiamdio per alquanti mesi auanti di continuo haueamo fatto, cosi in quel tempo molto piu della lor sanità soleciti, contra la peste, con rimedij preseruatiui com'ogn'uno crede, & altre cautele, studiauamo di assicurale. Ma oime che cõtra il voler di dio niuna cosa puo giouare. Impero che Celia la quale di età come sapete andaua dietro a l'Angela, l'vndecimo pur di questo mese, e la Felice piu giouane di tutte, il decimo terzo, caddero nella medesima malatia: ma Felice mori prima che Celia, perche essendosi amalata la domenica come l'Angela, sene mori il mercore: cõciosia che la Celia in fino al ventiuno stette: nel quale giorno la sera pia & quietamente se ne dormi nel signore. Cosi noi miseri i quali pochi di auanti haueuamo qui tre gentilissime e vertuosissime figliuole, gia quasi tutte peruenute a quella età dalla quale sene poteua sperare frutti degni delle virtu loro e pieta, di tutte ci trouiamo qual huomo che ha perso de gl'occhi suoi la luce, priui. Questo è per certo quello che l'Angela volle per quelle tre bende delle quai vi scrissi, significare: la quale per essere sopra la età prudẽte, per cotai segni piu tosto che cõ aperte parole, per non darci all'hora maggior dolore, volse dimostrare. S'amauano tutte tre marauigliosamente: ma le due piu giouane non solamente amauano l'Angela, ma etiamdio le portauano riuerenza: Il perche, essendo ella morta, negauano di poter viuere senza lei: ne ammetteuamo veruna consolatione o conforto. Hor con qual animo, fede, speranza, e diuotione siano in questa vltima partenza state, se forse mi chiedete: che pensate senõ quale è stata la creanza e vita loro? & per dir prima Celia, nella malatia era tal volta si fattamente oppressa

dal

dal male che per molte hore giaceua soffiando senza fauellare. poi tal volta essendole tornata la fauella, & come risuegliata, interrogandola noi che cosa facesse, mentre cosi sopita iaceua, rispuose, io mene sto col signore Iesu: il quale mai si parte dal cor mio: ne cesso di pregarlo, & me & voi raccomandargli. Venne vn giorno a visitarla il pastore di questa città, huomo di rara pietà, dottrina, e bontà, il quale ragionando con lei delle cose appartenēti alla fede, & alla vita eterna, la trouò si pronta e risoluta, quantunque fosse fino all'hora quasi tutto il giorno stata sopita, che hauēdo prima fatte le debite orationi a Dio insieme con lei & cōesso noi, se n'ando pien di marauiglia per la pietà che in questa fanciulla haueua ritrouata. Vn giorno domādo a quelle che cō tinuamēte le stauano appresso, come stesse sua sorella Felice, le quai hauēdole risposto che la guariua (ella era però morta) disse, molto mene rallegro: perche per niuna altra cagione io maluolentieri mi partiua di questa vita, se non che io temeua che morendo tutte tre, la nostra pouera madre restasse sola. ma restando pur almanco mia sorella, la quale a lei & a mio padre dar potra qualche conforto, e far loro qualche seruitio, io piu volentieri andro al signore. dalle quai parole si puote conoscere il suo amore verso di noi, e la buona dispositione di partirsi di questo mondo. Il giorno auanti che rēdesse lo spirito a dio, essendo stata longamente sopita senza parlare, finalmente come risuegliata da vn sonno disse, e doue siete padre mio e voi madre mia? hor noi erauamo pur quiui, ma ella non ci hauea ancor veduti, però le dicessimo, siamo qui figliuola chara: di pur cio che vuoi da noi: niente, se nō che io vi veggo & odo volentieri: preghiamo adunque insieme, che il signore ci liberi dal maligno. il che facessimo, e lodammo la sua

pieta:&insieme le porgemmo qualche cosa per recrear le il cuore: e mantenere le forze.e cio che era da curar attorno a lei curammo tutta quella notte:nella quale stete pur cosi quasi sempre sopita,se nõ che taluolta domandaua da bere & inuocaua il signore, il di sequente che fu il ventiuno d'Agosto,come dissi di sopra,fu dalla mattina fino oltra mezzo giorno molto trauagliata, e in quel tempo non cessaua di racomandarsi a Iesu Christo,e dirci parole piene d'amore verso di noi,e noi di confortarla, e mitigarle il dolore quanto a noi era possibile:ma dipoi comincio a soffiar come se dormisse, cosi senza punto parlare ando fino alla sera,nella quale circa le sei hore senza altro strepito se ne dormi anch'ella nel signore.Ma oime che dirò della mia semplicissima Felice la quale quantunque di età minore di tutte,non fu però di spirito e di pietà molto minore. Fu cosi fieramente assalita dal male,che ne medicina, ne cibo alcuno potea rattenere: non dimeno fattole tutto cio che era possibile,fino a cauarle subito sangue,non restò il male di agumentarsi, benche il primo e il secondo giorno ci desse qualche speranza: è vero che dormiua assai,ne poteua alzar il capo,ne sostenersi, ma nõ sentiua molto dolore in parte alcuna: Subito che si sentì presa dal male, si misse a pregare,e tra le altre cose diceua, o signor mio,o dio mio habbia misericordia di me e di tutti noi, la qual voce fu continuamente vsata da lei fino al'ultimo spirito . Il di sequente che la cascò ammalata, disse che sua chariſſima sorella Angela la era apparuta mentre vegliaua bella & allegra: e che l'haueua confortata a partirsi volentieri: che verrebbe in quel loco doue essa era stata riceuuta,loco piaceuoliſſimo,di eterna luce e di gioia pieno. In questo mondo non vi essere cosa veruna dilettеuole,ma ogni cosa essere piena di miserie,

& guai

& guai: e che ella nõ piu desideraua questo stato, se bẽ lo potesse rihauere. però che la andasse pur lietamente, doue Christo la chiamarebbe: e affermaua la buona Felice, che la vedeua quasi sempre. Io credo tutto cio essersi fatto nel'animo e nella mẽte sua per ordine di Dio e che fosse vna visione: percioche non c'accorgemo mai che la deliraſe, o vero che vsciſſe di mente. Sia come si voglia ella da quel di sempre desiderò di partirsi da que sta vita. & percio, essendola venuta a visitare vna donna honesta della nostra contrada, e confortandola a essere di buono animo, che la guarirebbe con l'aiuto di Dio, le rispuose, non mi dite questo, che mi da piu noia percio che io mene voglio ire con mia sorella Angela, in quel bellissimo e giocondissimo loco: ne mi potrebbe aduenire cosa piu lieta, ne piu desiderabile: & con questo animo stette sempre fino al quarto giorno: nel quale conoscendo nel battere de gl'occhi e del cuore, approssimarsi il fine, del che ella parimente s'accorse, perche la comincio a sentire acerbissimi dolori, per cagione de quali non trouaua piu riposo veruno, io e la madre stauamo a confortarla, che la soportasse valorosamente, sapendo certamente che quei dolori, ne cosa veruna poteua nuocer a pij christiani, atteso che il signore hauea patito per noi molto piu acerbi tormenti, & di piu la vituperosa morte della croce, accio che niuna cosa piu potesse nuocere a queli che credeno e si cõfidano in lui: & insieme la interrogai se ella cio nõ credeua: si disse padre mio che io lo credo: e qui recitò il simbolo Apostolico: poi ci domandò perdono, di quanto ci hauesse vnque offesi o fusse stata inobediente, pregandoci che pregassimo dio per lei. noi basciatala, le dicessimo, che nõ dubitasse, che Iddio già a lei & a noi haueua perdonato, come a figliuoli suoi, per gratia di Iesu christo

nostro signore.e detto questo pregammo tutti insieme, che Iddio si degnasse per sua misericordia aiutare la fanciulla,&noi insieme: e mentre stiamo cosi, ella cõtinuamente ragionando, e raccomandando se & noi a Iesu Christo,vsci di queste miserie,e sene andò in quei beati luoghi,a quali sotto spetie della sorella era stata da Dio inuitata: cosi tutte tre queste fanciulle l'vna. doppo l'altra qual purissime colombe, rotto il laccio di questa nõ vita,ma pregione oscura,sonsi al proprio nido loro ritornate: ne è stato il lor fine dissimile da quel della Violante sorella loro : la quale sapete che otto anni fa s'io nõ erro hauendo con vna marauigliosa patientia sofferito l'acerbità di vna cotanto longa malatia, finalmente con pietà & essempio singulare, si era da questo mõdo partita.questa si rara pieta e diuotione di queste mie charissime e dolcissime figliuole,conforme a tutta la vita loro, ci fa pur sopportar alquanto piu leggiermente queste cotanto acerbe piaghe. Resta hora che io vi dia qual che notitia de costumi e della forma di queste dua, percioche voi chente e quali fossero non potete ben sapere.Fu adunque Celia poco piu grande d'Angela,di piu larghe spalle,parimente di petto,cõ tutte l'altre parti del corpo si ben formate e senza vitio alcuno, che piu desiderar nõ si poteua:èvero che nõ era si robusta come le altre due ma delicata e debole.Era il suo colore naturale tale quale del temperamento di latte e di sangue suole apparire. hauea la faccia nõ molto longa,ma piu tosto dalla rotondità alquanto distesa: ne piena,ne vota,&in ambi le guancie vn segno ouer fopetto quale suole restare se chichesia con la ponta del piccol dito nella cera leggiermente imprimesse. la fronte non hebbe si larga come l'Angela,ma nondimeno honesta: il naso ben fatto, gl'occhi attorno alla pupilla bigi, alquanto

grã

grãdi, gonfietti, lieti e grati: le ciglia ſottili a guiſa di dui archi, cõ debita diſtanza, diſtinte, bionde come anco le chiome: ſe nõ che le chiome tirauano piu al color del'oro folte, longhe, e quando erano ſparſe, inanellate & ondeggianti: la bocca tutta ben fatta, le labra roſſegianti a guiſa di corallo, ſoauemente aperte, alle quali era ſottopoſto il mento tondo cõ vna piccola feſſura nel mezzo: la gola ritonda e cãdida a guiſa di alabaſtro. le mani longhette, colorate, ſottili: in ſoma, la Celia fu in ogni parte piu ſimile alla Violante che a tute le altre: e queſte due di bellezza auanzauano le altre: non dico della Dorothea, la qual ſapete eſſere riputata bella: ma ella ſomiglia piu alla madre che ad altri. Alla beltà della Celia la quale nel corpo riluceua, conueniua beniſſimo la beltà e grandezza dell'animo, & la ſoauità de mouimenti ſuoi con vna certa maeſtà meſcolata, a tale che nell'andare, raſſembraua vna reina, o vero come dice il poeta, vna vera dea. Quanto poi a coſtumi della Celia, ella era coſtumatiſſima e gentiliſſima giouane, benche nõ di coſi alto ingegno, come l'Angela, ne cotanto piaceuole nella conuerſatione: di natura però corteſe e liberale. Queſto baſti per hora della Celia. Dirò anco qualche coſa della mia Felice, la quale fu di color bruno e ſanguigno: hebbe gl'occhi neri e rilucenti, le ciglia ſottili, incurue, e brune ſi, ma con alquanto di chiaro, la frõte larga, il naſo piccolo, e ben fatto, il viſo longhetto, la bocca piccola, ma il labro di ſotto hebbe alquanto riſtretto, ſi come anco il mento in ſu riuolto, & piegato: i capelli rari, molto ſottili, diſteſi, alquanto roſſegianti: il reſto del corpo non graſſo, ma intiero, e gagliardo. Fu di natura piu toſto ſemplicetta, che aſtuta o vero acuta, amoreuole, lieta, e feſteuole, legeua, cuciua, e lauoraua all'ago e cucinaua aſſai bene, & in cio & in tutte le altre

virtu per essere la piu giouane si sforzaua di seguitare le sorelle. Queste poche cose figliuol mio vi ho voluto scriuere, accio che se iddio ci volesse a esse congiungere (noi certamente in tanta mortalita spetialmente, non ci assecuriamo pur di hauere a viuere vn giorno) voi cõ vostri fratelli, e Dorothea vostra sorella quai sorelle ha abbiate hauuto, nõ potesse ignorare: per la perdita del le quali quanto alla presente vita, in quanti dolori, in quanta solitudine e disagi ci trouiamo, lo lascio pensar a voi. queste erano i piedi nostri, le nostre mani, li occhi nostri, la bocca, le orecchie, il cuore. Per tanto a dirui il vero, non possiamo piu vedere ne questa casa, ne cosa veruna di quelle che vsauano senza grandissimo cordoglio, e spetialmente vostra madre, la quale nel conflitto pareua forte, hora nõ puo in modo alcuno l'absenza loro tollerare. Per la qual cosa mi ho pensato, se io la mensi in qualche loco doue non le s'appresentassero a gl' occhi le cose che ci muouano dolore, & haue sse cõ cui la potesse fauellare, percioche in Basilea (cõcio sia che ella nõ piu che io intende questo linguaggio) eccetto me, nõ haueua persona cõ cui potesse ragionare, potere essere che i suoi & i miei cordogli troppi grãdi in qualche parte si haue ssero a scemare. Pero il di seguẽte che hauemo honoratamẽte la Celia appresso alle due sorelle riposta (percio che cõ l'istesso modo, & nel medesimo loco l'hauemo tutte tre riposte) l'ho cõdotta in Zurigo doue sono alquãte honeste famiglie italiane, per la cortesia e pietà delle quali speriamo pure con l'aiuto del Signore, che n'habbiamo a riceuere non poco conforto & alleggiamento de nostri affanni, per fino a tanto che o voi figliuolo, o vero alcun'altro di uoi fratelli, venga a casa: il che sarà la maggior consolazione che possiamo riceuere. il che da voi, tanto cõ maggior prestezza doura essere fatto quã

to, quãto men ſappiamo cio che habbia a ſeguire di noi: i quali nel vero, non habbiamo hauuto ne pur vn momento riſguardo alla vita noſtra per eſſere appreſſo alle noſtre chariſſime figlie, per ſeruitio & conforto delle quai habbiamo diſpregiata la propria vita. ma Iddio ſa quai egli voglia torre, e quai laſciare: noi certamente vie piu deſiderauamo di eſſere da queſte miſerie liberati, & ſe coſi foſſe a Dio piaciuto, hauer laſciate le figlie inſieme cõ voi altri tutti ſani e ſalui: del che ne habbiamo etiamdio con ardentiſſimi preghi fatto inſtanza al ſignore: ma eſſendo egli ſomma ſapienza, non e coſa da huomo mortale, volergli preſcriuere o diterminare cio che egli habbia a fare: ma douiamo approuare tutto cio che egli fa, e ſtimare niente meglio di cioche fa, poterſi fare. Se queſta ſi triſta nuoua, ſi habbia hora da ſcriuere a Dorothea o nò, giudicatene voi, il quale ſiete vicino: e ſe vi pare che cio ſi debba fare, fatelo voi, che io nõ poſſo piu. Ho comãdato che s'intagli vna bella pietra, & che ne quattro angoli vi s'intaglino le arme della caſa noſtra di voſtra madre, & della madre mia, e della ſua: e nella parte diſopra tra le due noſtre arme tre ghirlãde inſieme intricate, e ſoſpeſe al becco di vna colomba intiera: nella parte di ſotto tra le due altre arme tre lampade acceſe: nel mezzo della pietra l'epitafio nel modo che qui ſotto vedrete. Vi mando anco l'epitafio che io haueua gia fatto a l'Angela, ſperando pur che le altre doueſſero reſtar con noi. Ma poſcia che io viddi il voler di Dio, tutte tre in vno epitafio congionſi, come eſſe erano di ſangue, d'amore, e di fede, e di ſorte di morte ſtate congionte. Iddio vi conſerui Agoſtino mio. In Zurigo a i XXVI d'Agoſto

M. D. LXIIII.

PIET. VIR. ET HONORI. D.

ANGELAE CVRIONIAE GENEROSAE PVELLAE, CVIVS DIVINO INGENIO ATQVE INDVSTRIAE NIHIL DIFFICILE VNQVAM EST VISVM, QVOD INGENVAM PVDICAMQVE PVELLAM DECERET. ITALICE, GERMANICE, GALLICE VENVSTE LOQVEBATVR, LATINE NON IGNARA: OMNIS ELEGANTIAE DECORIQVE STVDIOSA. CANDORE ANIMI, VIRGINALI VERECONDIA, RELIGIONE IN DEVM, PIETATE ERGA PARENTES CARITATE, IN FRATRES SORORESQVE, COMITATE IN OMNES INSIGNI FVIT.

QVAE OMNIA VEL EXTREMO VITAE SVAE ACTV MVLTIS ARGVMENTIS DECLARAVIT: QVIBVS PERMOTI C. S. C. PATER, MARGARITA ISACIA MATER ITALI, IN BEATAE REPARATIONIS SPEM FILIAE DVLCISS. AC PRAESTANTISS. F. C. PESTILENTIAE ARDORE TRIDVO CONSVMPTA, AD CHRISTVM IESVM MIRA ALACRITATE MIGRAVIT AETATIS SVAE AN. XVIII. SAL. HV. M. D. LXIIII. IIII NO. AVG.

Hîc iacet immiti consumpta, heu, peste puella,
Angela verginei lausq; decusq; chori.
Ossa quidem paruo condantur marmore, verum
Cum Christo liber spiritus astra tenet.

Quid charites, nymphas, Dianam, Pallada, musas,
Miraris tumulo nunc & adesse meo?
Quas mihi delegi comites dum vita manebat,
Hæ meã nec linquunt vltima fata deæ.

Unica

Vnica mi semper discendi cura voluptas:
Quaq; die potui discere, læta fui.
Sic pater edocuit nulli pietate secundus,
Cælius italici gloria magna soli:
Sic Margarita parens clara de stirpe propago
Isacia, raris dotibus eximia.
Angelica quòd mente fui, quòd nuntia veri,
Angela sum vobis, dictaq; cælicolis:
Quos inter nunc læta traho feliciter æuum,
Corporis expectans integra membra mei.
Tu quoque quisquis ades, mecum pia numina serua,
Spicula quo possis temnere sæua necis.

A. C. A.

Angela claro
Stemmate nata,
Fronte serena,
Ore pudico,
Nuntia veri.
Illa puellas,
Artibus alme
Culta Minerua,
Præstitit omnes.
Illa parentum
Dulce leuamen:
Moribus illa
Prædita sanctis,
Et pietate
Grata tonanti.
Hæc quoque puro
Lumine mentis,
Præscia fati.
Ocyus ergo,
Numine plena,
Sidera scandit:
Sicq; perenne
Possidet æuum,
Candida virgo.

D. GVILIELMI BRASSAROLI, MEDICI
DOCTISSIMI

Moribus angelicis fuit hæc, & nomine, virgo,
Gemma puellarum, corpore, mente, manu.
Rapta est in cœlum quò suspirauit anhelans,
Sẽ dignum in terris vix habitura virum.
Hanc veluti Charites comitantur Cælia pulcra,
Ht puris Felix mista puella choris.

PIET. VIRT. HONORI. D.

ANGELAE, CAELIAE, FELICI PVELLIS NOBILISS. CASTISS. QVE: QVARVM INGENIVM, CANDOR, INDVSTRIA PIETAS, PVDOR, MORVM ELGANTIA ET SANCTITAS, GRATA DEO, MVLTIS NOTA, PROBATA BONIS, PARENTIBVS IVCVNDA FVERVNT:

CAELIVS SECVNDVS CVRIO PATER ET MARGARITA ISACIA MATER TRIBVS FILIABVS PRAESTANTISS. DVLCISS. CARISS. VT EARVM QVOD MORTALE FVIT IN BEATAE RE PARATIONIS SPEM CONDERE TVR, HOC MONVMENTVM F. C.

MIGRARVNT EX HAC COLLVVIONE PIE ATQVE ALACRITER IN MAXVMA HVIVSCE VRBIS PESTIL. MEN. AVG. AN. SAL. M. D. LXIIII. AET. SINGVLARVM. AN. XVIII XVII. XVI.

Sur

Surgemus viuæ, lacrymas cohibete parentes,
Quum tuba ſupremum fuderit alma ſonum.
Viuit vt exigua lucens in lampade flamma,
Sic nos æternùm viuimus ante deum.

Tres ſumus immani ſublatæ peſte ſorores:
Quas natura pares, fata dedere pares.
Itala terra dedit claros pietate parentes:
Sanguinis & priſca nobilitate ſatos:
Qui nos ingenuas laus eſt quæ ſcire puellas
Ornarunt, pulcris, perpetuiſq; bonis.
Una fides pietaſq; fuit, mens omnibus vna:
Idem laudis amor, & ſine labe pudor.
Quæ deus aſpiciens, ne nos contagia vulgi
Lædere tentarent, vexit in aſtra ſimul.
Tempus erit quum quæ cæcis ſunt clauſa ſepulcris,
Vitales auras corpora noſtra trahent.
Tum verò cuncti phœbeæ lampadis inſtar,
Fulgebunt, CHRISTO ſic tribuente pij.
Vos igitur, ſedes qui vultis adire beatas,
Viuere rite deo, diſcite, rite mori.

S O.

Angelicos inter cætus nunc Angela viuit,
Ingenio & vita quæ fuit angelica.

R O

Quæ forma cunctas ſuperauit, & arte puellas,
In cælum virgo Cælia rapta fuit.

R E S

Felicem Christus felici in sede locauit:
Simplicitas isto digna fauore fuit.

M. NICOL. STVPANI. RHETI.

Quid mirare parens? quid mæsto territa vultu
Nos mater hîc spectas? luget vterque diu?
Desinite hos gemitus: animum exhilarate parentes:
Non luctum sors hæc, gaudia semper habet.
Nam tuba cum clanget postremo tempore clara,
Cardine quadruplici cuncta vocante deo:
Tum nos illustri splendentes corpore, lætas
Conspicietis: ibi vita perennis erit.

Tres subito raptæ crudeli peste sorores,
Clauserunt paribus lumina casta modis.
Forma quibus præstans fuit & sine crimine vita:
Innocui mores, ingeniumq; bonum.
Una fuit pietas, virtus, cor omnibus vnum:
Vnus amor pulcræ laudis, & vna fides.
Tales omnino, quas aurea condidit ætas,
Tempore quo rerum floruit omne decus.
Angela prima fuit, non falso nomine dicta:
Nam veri semper nuntia certa fuit.
Altera de ætherio traxit sua nomina cœlo,
Cœlia, Cœlicolis digna puella choris.
Tertia dicta fuit Felix, feliciter illa,
Felicis felix nam tenet astra poli.
Sic sua conueniunt interdum nomina rebus:
Quodq; putes minimè, sæpius omen habent

Et

Et quamuis lateant nunc tetris abdita tumbis
Corpora, quò repetant iura locumq; ſuum,
Hora tamen veniet, tumulis cum viua reſurgent:
Et mox lucentis ſideris inſtar erunt.
Angela tunc felix erit Angela: Cælia felix
Cælia: ſed Felix nomen vtrunque feret.

SONETTO

O morte, hor pur ne vai ricca e ſuperba,
De piu bei manti e precioſe ſpoglie
Che s'habbi il mondo: e da radici a foglie
N'hai guaſti que tre fiori in tener' herba.

Auaro ſaſſo, in te ſi chiude e ſerba,
L'honore, il pregio, e tutte le mie voglie:
E ſol mi reſtan guai, lagrime, e doglie,
In queſta vita graue, aſpra, & acerba.

O danno grande, non mio ſol, ma ancora
Del ſecol noſtro priuo di ſua luce:
O rare piante, o benedetti fiori.

Viuran voſtre virtù piu verdi ogn' hora:
Viurete in noi: viurete oue riluce
Voſtr'alma ſanta, ne celeſti chori.

At non Euandrum potis est vis ulla tenere:
Sed venit in medios, feretro Pallanta reposto
Procumbit super, atque hæret, lacrymansq; gemensq;
Et via vix tandem voci laxata dolore est.

Tene, inquit, miserande puer, cùm læta veniret,
Inuidit fortuna mihi, ne regna videres
Nostra? neque ad sedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederas: cùm me complexus abires,
Cautius vt sæuæ velles te credere genti.

Huad ignarus eram, quantum noua gloria, quantum
Et prædulce decus iuuenili in pectore posset:
Primitiæ iuuenis miseræ, tantiq; laboris
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum
Vota precesq; meæ: vos o mea gaudia natæ
Felices o tanti expertes vsque doloris.

Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem vt genitor: Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli: telis animam ipse dedissem:
Atque hæc pompa domum me, non Pallanta referret,
Infelix, non nate tibi sors ista, senectæ
Debita erat nostræ: salue mihi maxime nate,
Aeternumq; vale. nec plura effatus, in ipsum
Concidit exanimis:

Hic

Hic iuuenem mœsti sublimen in littore ponunt:
Qualem uirgineo ddmessum police florem,
Seu mollis uiolæ, seu languentit hyacinthi:
Cum neq; fulgor ad huc, nec dū sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus, uiresq; ministrat.

A. P. V.

EX ITALIA

Treis Charites Basilea tibi mors abstulit vna
Progeniem Cæli nobilis ausoniam:
O pestem horrendam, quæ sic grassata per vrbem est,
Vt sit in hac tanta nulla relicta Charis.

EIVSDEM.

O animæ quib. haud alia vnquam candiores
Sunt sortita suis corpara sideribus:
Tres simul ad superos anno rediistis eodem,
Peste vrbs affecta est quo Basilea graui:
Nunc apud optatum dominum requiescite, sancta
Aeternum cum aura, præq; potente patre.

Hi versus hîc positi sunt quod tardius ex italia sunt allati.

LECTORI. S.

Hasce epistolas cur addiderimus, benigne lector cordati & pij facile perse intelligent. nam præter quàmquod a superiore argumento minime alienæ sunt, qui in rebus aduersis, atque adeo in morte ipsa piorum animus esse, quoque modo de diuina prouidentia sentire debeat, ostendunt. fuit enim in hoc viro præter alias diuinas animi dotes, admiranda quedamcælestis prouidentiæ scientia, & consolandi vis, qua uel iacentem excitare, atque abiectũ erigere in spem bonam posset quod & nos sumus experti, & tu nobiscũ, siue hæc, siue alias eius cõmentationes legens, recognosces & tanto lumine orbatam ecclesiam dolebis, & de eius quiete, deo immortali gratias ages immortales.

CAELIVS SECVNDVS CVRIO,

MARTINO BORRHAO THEOLOGO. S.

Igitur deo duce incolumes, etsi mœrore pene enecti, peruenimus: speramus tamen hãc peregrinationẽ deo per uestras preces opitulante, nõnihil nobis ad ægritudinem hanc minuendam profuturã. Valde tamẽ interea sumus de vestra, & ciuiũ reliquorũ salute atque valetudine soliciti: nam etsi speramus deum patrem, quæ eius bonitas est, mitius deinceps acturum, tamen cumtantã eius seueritatem simus experti, quin nobis omnibus plurimúm timeamus, fieri nullo modo potest. Oro igitur te, vt de tuæ domus totiusque ciuitatis statu, cuius salus atque incolumitas mihi æque ac mea cara est, ad nos sæpius & prolixè perscribas, vt vnà vobiscum & lugeamus & gaudeamus. Literas prẽterea si quæ ad me aliunde missę fuerint (solet autem id crebro fieri) eas vt ad me quamprimum

perferri cures, rogo. Cum filio meo, si, vt spero, venerit quæ inter nos sunt constituta, perficies. quod si mea opus esse præsentia duxeris, facies me certiorem, illico enim accurram. Interea tibi, vxori, filię, domum, hortos, reliqua, commendo. Aliud quod scribam nunc habeo nihil: nisi, vt facitis, nos amare, vestrisque precibus deo commendare, quod & nos pro vobis agimus, perseueretis: breui copiosius Deo volente perscribam. Ego & mea vxor tibi, vxori fœminæ optimæ, & Annæ suauissimæ salutem: cui dices nos quod nobis discendentibus suæin nos beneuolentiæ mnemosynō dedit, diligenter seruaturos: quam & ipsam abeuntes libenter nobiscum accepissemus, si ea carere potuissetis ad tempus: sed breui, vbi paulisper mea vxor ad se redierit, leuiusquè hæc vulnera ferre cœperit, ad vos reuertemur. Vale.
Tiguri XXVI. Aug. M. D. LXIIII.

MARTINVS BORRHAVS
C. S. C. S. D.

Vos incolumes istuc peruenisse, vix dici potest quanto pere gauisi simus. Deum patrem oro vobis istam incolumitatem cum istius vestri angoris longe grauissimi alleuatione, diuturnam esse velit. Quod autem rogas vt certiorē te faciam de nostra ciuiumque nostrorum valetudine, scire te volo meam quidem domū adhuc incolumem esse: sed tamen per totam vrbem pestilentiam grauiter grassari: cuius terminos cælestis pater solus notos habet: quos & numero, & mensura, & pondere omnium in Christo præfixit. Pergit hæc interim claros viros, & fœminas puellasque & senatores, & ecclesiæ ministros, ex hoc mundo tollere: sed quos diuina bonitas per mortem in vitam transferat

ferat: cuius præsens vita vmbram præferat, verè nominibus carens. Præclare profecto agitur cum ijs qui tanta animi fortitudine hanc luem eiusque acerbitatem cũ morte vltima omnium afflictionũ meta tolerant: quod in tuis lectissimis filiabus, non sine admiratione, vidimus. Hæc est dignitas regij spiritus Messiæ, quo peccatum, calamitates, mors, inferniq; ferreæ portę expugnãtur. De filio ne sis solicitus, qui quidem nõ tã tuus quàm meus est: reliqua præterea de quibus scribis, non secus curabo atque si mea essent. Tu cum vxore tua fœmina sanctissima cura vt valeas: nam & nos valemus, quorum valetudo ex vestra pendet. Mea vxor & filia Anna vt vos amanter salutarem ipsarum nomine, rogant.

Basileæ XII Sept. M. D. LXIIII.

MARTINVS BORRHAVS

C. S. C. S.

Binis literis quas ad me scripsisti, per nostrum tabellarium respondi: in quibus certiorem te facio de nostro & ciuium vrbis nostræ statu: diriter quippe pestem in omne genus hominum grassari more iusti iudicis, qui in puniendo personę rationem nullam ducit. Meam domũ quòd intactam hactenus reliquit, non eius temeritati, sed diuinæ voluntati terminos tanto tyranno statuenti tribuo: nec tamen si ita deo placeat, recuso hanc hospitam domum recipere: impatientiam ut secum afferat, recuso. Nã per hanc quæ in diuina prouidẽtia salutaria sũt, lethalia fiunt: vt quæ in oculis veteris hominis mortifera apparent, in dei prouidentia salubria cernuntur esse oculis noui hominis, qui sub pedibus peccatum, ægritudinem, omnemq; genus calamitatũ & mortem denique ipsam cum inferni ferreis

ferreis portis, calcat, per eum qui horum omnium iure victoris, dominus est, qui est Iesus Christus, in fœmore suo scriptum habens: Rex regum & dominus dominantium. Hæc de statu nostro. De literis curabo diligẽter: de eo quod à me consilium petis, nemo tibi melius consulere poterit, quám tu, qui noris hanc peruagatam sententiam: Frons occipitio prior. Quod autẽ rogas, vt de vrbis nostræ statu longas ad te literas dem, id perlibenter facerem, si res prosperæ essent: at, cum satis aduersę acerbęque sint, malo breuiter scribẽdo eas dissimulare, quám prolixè cõmemorando luctum tuum augere, qui scribis te vnà nobiscum & lugere & gaudere. Ad hęc non est quód requiras a Borrhao longas quas det literas: hunc enim pro breuitate sua breues scribere decet: nam breuia breues, & longa longos ornant. Quare mi chariſſime Cæli ne ex literarum prolixitate Borrhai animũ æstimato, sed ex amoris spiritu, cuius nos admonet abbreuiatũ & consummatum verbum apud Iesaiam editum. Tu vale cum pia vxore tua sorore nostra dilecta. Mea vos & Anna plurimum saulere iubet.
Basileæ XV Sept. M. D. LXIIII.

MARTINVS BORRHAVS
C. S. C. S. D.

Binas literas quas nuper ad te dedi arbitror reditas esse: de statu vrbis nostræ certiorem te feci: hunc plane luctuosum esse: à quo tandẽ nec mea familia liberatur, quin eã quoque lues cœperit infestare. nam hæc longe chariſſimam filiam probam & vnicam Annam nimirum nostram corripuit die martis proximo qui fuit mensis huius XIX. Atis acerbus casus quoniam præuisus à me, vt ipse nosti, fuerat,

animum meum minus angit: & eadem consolatione paracletus ille spiritus me consolatur, qua te ab initio in tuarum grauissimo casu cœpit consolari. Per dei gratiam filia bono est animo: & existimat se tuas quas vnicé dilexit, secuturam: ego quoque mihi consto, fortiter ferens quę eueniunt. Nã persuasum habeo aspera hæc & acerba a deo tanquam à patre qui nos amet, non abeo tanquã irato iudice immitti, qui perdere nos cõdemnatos noxæ, nõ seruare culpa in Christo cõdonata, statuat: quin etiam pro clementia sua in crucis opprobrio splẽdorem cœlestis regni, in morte vitam natis suis ostendere cogitat. Sæuit quidem satis diriter apud nos pestis, sed spes est fore breui hanc de sæuitie sua remissuram, vt est rerum omniũ vicissitudo quã diuina prouidentia nostra cum salute temperat. Tu vale, cum dilecta & pia vxore tua cui omnia bona ego, vxor, & filia valde afflicta, in Christo optamus: nosque vestris pijs precibus cõmendamus. Basileæ XXII. Sept. M. D. LXIIII.

MARTINVS BORRHAVS
C. S. C. S. P.

Pestis quæ hoc tempore longé latéque grassatur, meam domum quoque vt ad te proximé scripsi, inuasit non sine magno nostro luctu. Nos enim filia vnica, proba, & in omnibus nobis obsequente priuati sumus: cuius innocentia ut grata nobis fuit, & obedientia commoda, ita quòd hac in nostra sene ctute caremus, non leuem nobis dolorem affert in vetere præsertim ac terreno homine qui in gaudendo & lugendo, sui per vitiosum amorem rationem ducit, non, neque, dei gloriam, neque illorum quos ille creatoris ac redẽptoris iure in cœleste regnum transtulit, salutẽ pon

ponderans. Itaque mi chariſſime Cæli, vt in vetere homine dolore nos affici ſentimus ob filiam longe chariſſimam hinc abreptam, ſic in nouo illo homine qui interior homo eſt, diuino ſpiritu Meſſiæ tinctus, non mediocrem lætitiam capimus: quòd perſuaſum habemus noſtros liberos bene in dei timore educatos nobis non perire, cum ex hoc ſæculo excedunt, neque amitti, ſed præmitti: qui nimirum ex mortali vita, in immortalem, ex afflicta & miſera, in tranquillam & fęlicem transferantur. Hæc nos conſolantur, quę te quoque & tuam dilectam vxorem conſolari non dubito: cum qua & cũ omnibus bonis bene vale.

Baſiileæ XXIX. Sept. M. D. LXIIII.

CAEL. SEC. CVRIO, MART. BORRAO.
PER CHR. I. S. D.

Quonam pacto te chariſſime frater cõſoler, qui ipſe cõſolandus ſum: nõ video. priuatus enim es ea quæ tibi vnica filia fuit: nobis vero tribus amiſſis eadem tua quoque vnica erat & longe chariſſima quam ſi deo incolumem conſeruare viſum fuiſſet, non modo tibi matriq́ue ſolatio extitiſſet, verùm noſtrę quo que domus ſolitudinem pellere mœoremq́ue potuiſſet. At video quid Deus ille pater nobiſcum agat: vult enim nos ab amore rerum terrenarum ad cæleſtium deſiderium tranſferre dum chariſſim a quæq; nobis abripit, ac tanquam ab arbore radices & fibras quibus terræ infixi adhęreſcimus ſuccidit, quò facilius minoreq́ue moleſtia hinc diuellamur: & ramos ne mundo fructus edant pariter caducos amputat, quos in cæleſtes hortos ad immortales ferendos transferat. Nos igitur hæc, vt à te rectè ſcribitur, non tanquam ab irato iudice,

qui

qui velit perdere, sed clementissimo patre, qui seruare & beare, accipiemus, arbitrabimurque magno nos one re leuatos, quó expeditiores ad illam beatam vitam cõtendamus: nihilqué admodum sit, quod nos remoretur aut abeuntes oculos retorquere cogat: quod interdum vel maximè pios & sanctos non parum solet mouere.

Quo æquiore animo nobis cęlestis agricolæ manus ferenda est, curas inanes ex animis nostris amputantis, messemque suam demetentis, & triticum in horrea sua reponentis, quæ nobis suo tempore cum ampliore mensura, tum etiam prestantiora remetiatur. Hac spe freti quæ falli non potest, exiguam moram agricolarum more alacres sustinere nos decet expectantes beatamillam spem, vt beatus Paulus ait, & aduentum magni Dei qui hoc nostrum humile & terrenum corpus, ad corporis sui glorioſi speciem conformabit. Nam nunc quidē nostra liberorumquè nostrorum vita in deo cum Christo ipso latet: uerum cum Christus vita nostra apparuerit, conspiciemur & ipsi cum eo in gloria. Sed quid ago cum tu mi frater qui à me consolandus fueras, nõ modò te, sed nos pariter consolaris: tantum in te Christi spiritus ille paracletus potest, quo nos quoque istic in acerbissimis nostris casibus fulciebas: scilicet nõ ex mũdo, sed ex Deo vera consolatio petenda est. Facere tamen nõ possum, ô mi frater quin exclamen, extorquet enim à me atque exprimit hanc vocem dolor: ô charissime, ô longè suauissimæ filiæ, quam repente, quàm imbecilles, quam vestra opera egentes nos deseruistis. vobis quidē mali nihil, sed boni plurimũ contigit: nostrum est quicquid incoñodi est, qui vobis destituti, multis incommodis relicti atq; obiecti sumus. Vos etenim pedes nostri, vos manus, vos lingua, vos aures, oculi, animus deniq; eratis: quid igitur superest nisi vt vos sequamur?

vt

vt vna uobiſcum laboribus, & malis huius adumbratæ vitæ, non expreſſæ & veræ, defuncti quieſcamus. Hoc noſtrum eſt deſiderium, hæc patris cœleſtis bonitas per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui te cum coniuge optatiſſ. qui nos ab eo pendentes ſolidè conſoletur. Breui ad uos cogito ſi deus voluerit. Vale. Tiguri Calendis Octobris. M. D. LIIII.

MARTINVS BORRHAVS
C. S. C. S. D.

Has ad te ſcribo mi chariſſ. Cæli in nouo luctu. interea nepos priuignæ filius quem domi educo, & vxor mea chariſſima hoc peſtifero veneno cœperunt infici. Quis exitus tam grauis morbi ſit futurus, in cœleſti patre expecto. Hic, quoniam res proſperas & aduerſas certo numero numerat, certa menſura, menſurat, certo pondere pond erat ſub hoc pondere, ſub hac menſura, ſub hoc numero leniter acquieſco: qui certò ſciam hunc numerum, menſuram, & pondus dei patris, qui nobis in filio malum cupere ne queat, numerum, menſuram, & pondus eſſe. Accedit ad conſolandum nos quod Seruator dominus Ieſus dicit: lugentes eſſe beatos, qui in luctu & eo momentaneo lætitiam æternam, in morte vitam, in crucis ignominia, & acerbitate, immenſa ſplendoris cæleſtis regni ponderа, ſuis meditetur. Hinc naſcitur hæc de ſalutari cruce ſententia: oportere per multiplices afflictiones ingredi in regnum dei. Sic enim placuit cæleſti patri vt vnà cū Chriſto vnigena filio crucifixi, vna cum illo cæleſtem gloriam adipiſcamur. His meditandis nos conſolari debemus Cæli, amātiſſime. quod relinquum eſt, ſperamus hanc luem breui deſituram, & iam deſinit, vt audio.

Vale cum vxore tua chariſſima fœmina longè optima, quam meo atque ægrotæ vxoris nomine amanter ſalutes oro. quæſo ne veſtris precibus nos iuuare ceſſetis. Raptim Baſileæ VI die octobris.

M. D. LXIIII.

LECTORI .S.

Eodem die quo proximam epiſtolam ſcripſit, in morbum peſtiferum incidit: atque eiuſdem menſis vndecima die, ſine vllo inſigni doloris ſenſu in domino leniter obdormiuit. vir ob linguarum peritiam, diſciplinarum omnium excellentem cognitionẽ, diuinasque ac theologo chriſtiano dignas virtutes ſuſpiciendus, atque immortali memoria, quam ſuis præclaris commentationibus ac monumentis cõparauit celebrandus. Huius igitur tanti viri epithaphium, quod in eius monumento inſcriptum eſt, hic libuit apponere. Vale.

T. ET. V.

MARTINO BORRHAO STVGARDIANO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI EXIMIO ET NVNQVAM INTERMORITVRIS IN OMNI LITERARVM GENERE LVCVBRATIONIBVS CELEBERRIMO: POST MVLTA VITAE ET ERVDITIONIS PRAECLARA EXEMPLA MORTE PLACIDISSIMA, HVMANIS EXEMPTO:
ANNA SCHMIDIN VXOR IIII MARITO DESIDERATISSIMO.

S. S. Q. P. M:

ANNAE QVINETIAM BORRHAI VNICAE, ET DOROTHEAE ERGERSH. F. F. CHARISS: QVARVM ILLA NON MVLTO ANTE PATREM, HAEC STATIM POST VITRICVM SAEVISS. PESTILENTIA ABSVMPTAE, ET IN HOC LOCO VTRINQVE TVMVLATAE FVERVNT.
MILITAVIT AN. LXV:
MISSIONEM OBTINVIT EPIDEMIA
AN. SAL. M. D. LXIIII V ID. CCT.

ERRATA LATINA INTER IMprimendum admíſſa ſic emendabis.

Pag. 8 verſu 11 ſesqui.
Pag. 9 verſu 1 chriſtianum
Pag. 10 ver.vlt.lauare voluit.
Pag. 17 ver.6 ab epiſtolę principio,vitamque
Pag. 18 ver. 28 tantã in & ver. penul,inquit,ſed potius..
Pag. 20 ver.24 mox ergo mihi quomodo ſe haberet inter
Pag. 22 in carmnie,uer.2 Sed violę flores, ſine diſtinctione:item ver. 6 viua dabit.
Pag.27 ver. 3 lacrymarum. ver.9 chariſsima.ver.28 lacrymis
Pag. 28 ver.23 concedebatur.
Pag. 29 ver.18.multò
Pag. 30 ver.26 deceſſit.ver.29 lacrymis, & ſequenti, lacrymarum.
Pag. 31 ver. 20 cura voluptas ver. 30 myſteria
Pag. 32 ver. 16 ipſa ſola,ver. 26 matris
Pag. 34 ver. 9 extitit.ver 14 canicies.ver.27 quę tamen& 28 nobis hic Cęlia &Felix

CORRETTIONI DE GLI ERRORincorſi nello ſtampare le coſe volgari

Pag. 15 àver. 11 ben
Pag. 35 ver.5 dal principio del epiſtola maſſime af-ſézache
Pag. 36 ver. 28 conoſceſſi
Pag. 37 ver. 5 preſeruatiui. & a ver. 23 cio raccoglieſſe & a ver. 25 qualchè indicio.
Pag.38 ver.12 vegghiare a ver.30 fu poſto il latino in vece del volgare il quale è queſto. diſſe che deſideraua eſſere nel ſuo letticciuolo ricõdotta,et
Pag. 40 ver. 16 aggiugnẽmo.
Pag. 41 ver. penultimo. di cõfortarla
Pag. 43 ver 29 mẽtre facciamo
Pag. 44 ver. 26 adunche fù di
Peg. 45 ver. 2 attempata e faccente, &a ver. 3 acconciarr frutti di ogni ſorte& altre a ver. 21 leggere.
Pag. 47 ver.17 di queſta 'noua
Pag. 48 ver.1 graſſa,& à ver.8 come diſſe colui
Pag. 60 ver. 28 le era
Pag. 63 ver.9 ſomma
Pag. 64 ver. 22 troppo

BASILEAE APVD PE-
TRVM PERNAM ANNO DOMINI
M. D. LXV
CAL. SEPT.

A66538